E 1/163/39

EPICTETI
MANUALE,
CEBETIS THEBANI
TABULA,
ET
PRODICI HERCULES,
THEOPHRASTI
CHARACTERES ETHICI.

Græca recognovit, Verſionem Latinam reformavit, notas Wolfii, Caſauboni, Caſelii, Duporti, aliorumque recenſuit & caſtigavit, ſuiſque Obſervationibus auxit & illuſtravit

JOSEPHUS SIMPSON, A.M.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO.

Impenſis *Jacobi Fletcher*, Bibliopolæ, *Oxon.* Proſtant apud *Rivington* & *Nourſe*, *Londini*; & *Thurlbourn*, *Cantabrigiæ*. 1740.

Imprimatur,

JO. MATHER

VICE-CAN. Dep. *OXON.*

Aug. 8. 1739.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ
ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

EPICTETI
MANUALE.

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem. Hor.

Edidit JOSEPHUS SIMPSON, A.M.
Coll. *Reg.* OXON.



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
M.D.CCXXXIX.

BRITISH MUSEUM

EPICTETI
MANUALE.

Ædidit JOSEPHUS SIMPSON, A.M.
Coll. Reg. Oxon.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
M.D. CCXXXIX.

REVERENDO

VIRO

Josepho Smith

S. T. P.

COLLEGII REGINÆ

Apud *OXONIENSES*

PRÆPOSITO DIGNISSIMO.

EN! Libelli hujusce editionem alteram, quam Tuo itidem patrocinio com-

mendatam vellem. Quippe tenues Tuorum conatus atque ſtudia adeo non aſpernari ſoleas, ut ad altiora indies ſuſcipienda tam conſilio quam munificentia adhorteris. Cui inſuper ſuum *Epictetus* Enchiridion, ſuos *Theophraſtus* Characteres prius potiuſve dicaret, quam Tibi, Viro Integerrimo, pietatis probitatiſque cultori aſſiduo, & in politiori quavis diſciplina perquam erudito? Tibi, inquam, quem in diverſarum gentium moribus inveſtigandis mature exercitatum excepimus; quem *Williamſonus* ille noſtras (Tui Tuarumque ædium fautor beneficus) quum rebus Britannicis *Ryſ-*

vici consuluit legatus, juvenem admodum, sed & harum rerum eximie peritum, ab epistolis secretioribus olim designabat.

Memorandi mihi copia esset, quanta cum laude, quantoque audientium fructu concionatoris partes *Londini* dudum peragebas: quantaque demum *Reginensium* lætitia exinde avocatus, *Eglesfeldianæ* domus præfecturam suscepisti, quum conspirantibus suffragiis, omni absque ambitu, literatum hoc otium cum dignitate nactus fueris. Quam quidem provinciam adeo prudenter administrasti, ut Collegium hoc illustre magis magisque efflоruerit, ut nupera

ædificiorum intuearis incrementa, nuperoſque benefactores, *Carolinam*, *Haſtingiam*, *Bridgemannum*, *Mitchellum*, eorundem Ipſe numerum aliquando auctūrus.

Illum interim humanæ felicitatis apicem aſſecutus es, ut neque privatis in fortunis, publiciſve muniis aliud Tibi reſtet exoptandum præter diuturnitatem, quam animitus precatur

Tibi Omni officio

devinctiſſimus

JOSEPHUS SIMPSON.

VIRO

REVERENDO

DOCTISSIMOQUE

Josepho Smith,

S. T. P.

COLLEGII

REGINENSIS

PRÆPOSITO DIGNISSIMO:

Hoc, quantulumcunque eſt,

Grati animi & plurimæ

Obſervantiæ teſtimonium,

Ea, qua par eſt,

Veneratione

Et obſequio

Dat, Dicat, Dedicat

Joseph Simpson,

S. T. P.

COLLEGII

PRÆPOSITO DIGNISSIMO:

JOSEPHUS SIMPSON.

EPICTETI VITA.

[a] EPICTETUS Philoſophus Hierapoli, Phrygiæ Urbe, ſub finem imperii Neronis natus eſt: Corpore quidem mutilatus, ſed quem Virtutis & Ingenii dotibus natura pluſquam compenſarat. De Parentibus ejus nihil notum eſt, niſi quod eſſent pauperrimi: qua de cauſa in ſervitutem traditus eſt Epaphrodito cuidam è ſatellitibus Neronis; Homini ob nihil aliud, præter Servum Epictetum, inſigni. Primamque cum eo ætatis ſuæ partem tranſegit. De fracto ejus Crure notiſſima eſt Fabula, quam à communi humanitate alienam nec credo, nec referre ſuſtineo. Hinc decantata illa, quæ ipſi vulgo adſcribuntur, Carmina:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γεγόνειν, τὸ σῶμα ἀνάπηρος,
Καὶ πτωχὸς ἰδὲ, καὶ φίλος Ἀθανάτοις.

Quam diu crudeli hac ſervitute laborarit, aut quo tempore vindicta donatus, aut quibus modis eam gratiam adeptus fuerit, nemo unquam prodidit: [b] Conſtat vero eum tum ſui juris ac liberum fuiſſe, cum Domitianus Philoſophos ex Italia expelleret; tùm enim, unà cum cæteris ejectus, ad Nicopolim Epiri Urbem ſe contulit: In qua aliquandiu commoratus eſt; & an in ea uſque ad extremum vitæ diem permanſerit, Criticis uberrimam decertandi præbet materiam. Cum verò magna Principum Virorum Romæ poſtea degentium, tum ipſius Adriani Imperatoris familiaritate fretus ſit, vix credi poteſt illum eam Urbem nunquam reviſiſſe, in qua familiares ipſius regnarent.

Utcunque vero in tanta apud ſummos viros gratia fuerit, non omnino tamen ſe inde nobilitavit, nullas inde ſibi divitias contraxit, iis animi nobilioribus contentus: Etenim parvam domum, ſive potius humillimam caſam oſtii expertem habitavit, vix ulla alia ſupellectile, quam fictili lucerna, poſtea tribus drachmarum millibus divenditâ, ornatam. Fertur etiam anus

a *Ex Suida.* b *Euſeb. in Chron.*

quædam

quædam una cum eo habitaſſe, cujus curæ ſe totum commiſit. An vero unquam in matrimonium ſe tradiderit, cui contra Epicureos favebat, pro certo non habuiſſe, ex jocoſo illo Dæmonacis reſponſo. Qui, cum eum ad uxorem ducendam hortaretur, immo, inquit, ſi una è Filiabus Tuis mihi eſſet ducenda.

Hac vitæ conditione uſus Stoicæ Philoſophiæ ſtuduit; quam omnium pene ultimus ita excoluit, ut Lucianus, qui cætero Philoſophorum choro illudit, Hunc unum ipſius viri auctoritate perculſus, laudare non deſinat. Vir fuit magni ingenii, multæ doctrinæ, miræ dicendi facultatis, & vitæ, quod cætera ſuperat, integerrimæ. Amicitia conjunctiſſimus fuit Favorino & Herodi Attico, utriſque Philoſophis, & Viris, ſi ipſum excipias, ævi ſui maximis. E Veteribus, (magnum ſummi Viri indicium) Socratem in primis ſibi imitandum eſſe duxit. Zenonis quidem & Chryſippi diſciplinam eſt profeſſus; in eorum tamen verba minime juravit; ſed ſtrenuus Veri indagator errantes aliquando ita dereliquit, ut non tam Stoicæ cultor, quam alterius Sectæ Author eſſe videatur. Pro moroſa enim illorum ac inani ſeveritate, hic repoſuit lætam conſtantiam, eamque hilaritatem quæ à dignitate Hominis non recederet; Pro illorum faſtu ac arrogantia, hic ſuperiorem iis modeſtiam; Pro frequenti illorum temeritate, hic fortitudinem prudentiæ nunquam expertem: Illi vim aliquando ſibi inferendam, Hic mortem à Diis ſemper expectandam eſſe docuit: Illi circa animum ſolliciti videri cupientes ſordidam externi cultus præ ſe tulerunt negligentiam: [a] contra Hic nitidum vultum, comptas comas, mundumque potius quam fædum ſapientiæ domicilium exoptavit: Philoſophus denique magis eſſe quam videri voluit. Celeberrima eſt illius ſententia Ἀνέχου καὶ Ἀπέχου à Chriſtianis fortaſſe mutuata: Et quidem operæ pretium eſt videre, ut patefaciente ſe Evangelio Ethnica ſenſim increverit Philoſophia. Hic vero noſter temporis felicitatem nactus, totus ita Divinus & quaſi mente illuminata apparet, ut D. Auguſtinus, qui cæteris Gentium Philoſophis adverſatus eſt, Hunc Sapientiſſimi titulo cohoneſtarit. Unde ſimilem cum Socrate ſuo adeptus eſt gloriam, eodem à Sancto hoc Patre, quo ille ab Oraculo, nomine inſignitus.

[a] *Arr. lib. IV. cap. 11.*

Multa

EPICTETI VITA.

Multa illum ſcripſiſſe aſſerit Suidas: contra alii negant; ipſumque aiunt, uti & in cæteris, ita & nihil ſcribendo Socratem imitatum fuiſſe. Quibus fidem faciens Simplicius Arrianum ejus Diſcipulum Enchiridii authorem eſſe ſtatuit. Unde Arrianus à conſervandis hiſce ſacris Magiſtri ſui reliquiis id conſecutus eſt, ut alter Xenophon appellaretur.

De tempore, quo è vivis exceſſit, magna lis eſt & contentio, quæ adhuc in medio relinquitur. Ex Sententia Suidæ, vitam ſuam uſque ad Marci Antonini tempora produxit: ex Aliorum, multo citius mortem obiit. Quod ſi hi recte ſentiant, dolendum eſt illum diutius non vixiſſe, ut plures aureæ Tanti Viri ſententiæ nobis eſſent conſervatæ.

PRÆFATIO,

IN QUA

De Diſciplina Stoica, cum Sectis aliis, Peripatetica, & Academica Vetere, Epicurea verò præcipuè collata; deque eorum, qui hanc ſecuti ſunt, quæ ſuperſunt, Senecæ, Epicteti & Marci Antonini ſcriptis diſſeritur.

STOICAM *Diſciplinam*, præ cæteris Philoſophorum priſcorum Sectis ad dogma Chriſtianum proximè acceſſiſſe, è noſtris qui cenſuerint, non deſunt. Et Joſephus quidem Judæus, ubi *vitæ ſuæ* rationem denarrat, de *Phariſæorum* ſectâ loquens (quam apud ſuos αἵρεσιν ἀκριβεστάτην fuiſſe [1] Paulus pronunciat, quamque horum uterque, & Joſephus & Paulus, aliquando ſectatus fuerat) [2] Ἡ Φαρισαίων, inquit, αἵρεσις παραπλήσιός ἐστι τῇ παρ' Ἕλλησι Στωικῇ λεγομένῃ. *Phariſæorum ſecta ei eſt affinis, quæ Græcis Stoica nuncupatur.* Hieronymus vero noſter verbis plane diſertis; [3] *Stoici*, inquit, *noſtro dogmati in pleriſque concordant.* Et in multis quidem convenire, ambigi non poteſt, ſi quis inſtituti utriuſque περὶ τῶν πραγμάτων regulas legeſque ſecum invicem contulerit: in pluribus etiam, opinor, quàm Secta alia ulla; quum

---

1 *Paul.* apud *Lucam*, *Act.* 26. 5. 2 *Joſeph.* in Vita ſua de Bello *Judaic.* libris ſubjuncta. 3 *In Eſaiam* Comment. cap. 11.

nulla, credo, comperta ſit, quæ pietatis ac virtutis ſtudium exercitiumque aut pluris faciat, aut altiùs evehat, aut fortiùs ſpiret, aut acriùs urgeat, aut penitiùs inculcet, aut enixiùs provehat.

Hoc quo clariùs eluceſcat, de Sectis eminentioribus quibuſdam cum iſta collatis videbitur. Atque hic mitto Pythagoræ, 4 myſticam an magicam dixerim, diſciplinam, cujus rudera duntaxat & λείψανα disjecta jam ſuperſunt. *Aureum* enim *carmen*, quod hujus nomine proſtat, ejuſdem eſſe notæ cenſent eruditi cum Phocylidæ *Monitorio*; ſuppoſititium utrumque. Sed nec in ullo numero habendam exiſtimem, aut 5 Cynicorum affectatam illuviem, fœdaque in propatulo etiam perpetrata χειρουργήματα (quos *à Stoicis tunica tantùm diſtare*, haud ritè pronunciaſſe videtur 6 Satyricus, quam illi obſcœnitates iſtiuſmodi, ſordeſque etiam, tanquam 7 à natura humana alienas, ſint averſati:) aut Academiæ etiam Novæ ἀκαταληψίαν, quæ cum ſenſibus tam externis quàm & internis fidem omnem detrahat, 8 mentiſque pariter atque corporis oculos penitus revellat, hominem nec rationis particeps eſſe animal patitur.

Ad illos accedo, qui Philoſophiam nobis excultiorem dederunt, Scholaſque frequentiores, ampliores, illuſtriores habuerunt. Ex his ſunt, qui è Platonis Gymnaſio prodiêre, *Academici Veteres*, & Peripatetici: quos, quia 9 *nominibus* ſolis *lociſque* (cum *Academiam* alteri, *Lyceum* alteri tenerent) à ſe invicem *diviſi*, *rebus* interim *conveniebant*, unà junxiſſe, compendio dabitur. Inter iſtos cum primis emicuit Ariſtoteles. Is in ſcientiis diſciplinisque omne genus tradendis, *Logicâ*, *Rhetoricâ*, *Poeticâ*, *Politicâ*, *Oeconomicâ*, *Ethicâ*, *Phiſiologicâ* 10, ad miraculum uſque tantum præſtitit, ut plus 11 illi hac in parte totus eruditionis humanioris circulus debeat, quàm priſcorum, non dico uni alteri alicui, ſed eis, quorum ſaltem ad ætatem hanc ſcripta perennârunt,

---

4 Videatur *Pythagoræ* Vita, apud *Laert.* l. 8. & ab *Iamblico* conſcripta, cap. 13, 14, 23, 24. necnon *Iamblici* Vita, apud *Eunap.* in Vita Sophiſt. 5 *Dioprus Orat.* 6. in *Diogen.* & *Laert.* l. 6. in *Diogen.* 6 *Juvenal.* Sat. 13. 7 *Laert.* lib. 7. 8 *Epictet.* Diſſert. lib. 4. cap. 11. *Senec.* Epiſt. 92. 9 *Epictet.* Diſſert. l. 1. c. 5. & lib. 2. c. 20. & *Senec.* ad *Lucil.* Epiſt. 88. *Cicer.* Academ. lib. 1. 10 *Averroes* in Procem. Phyſic. 11 *Cicer.* Academ. lib. 4.

etiam univerſis. Nam quòd [12] *Platonem* hujus *Magiſtrum*, familiæque illius utriuſque parentem, *excipere* ſolent, qui huic alioqui primas deferunt; haud advertiſſe ſatìs videntur, Platonem non tam in diſciplinis tradendis, quam in ſui temporis [13] Sophiſtis, ſub perſona Socratis, defricandis, ludendis, traducendis, refellendis, horum phaleris detrahendis, fucis detergendis, tricis exolvendis, operam maxima ex parte collocâſſe. Unde natum, ut in *Dialogis* pleriſque, per anfractuoſas diſceptationum ambages, artificio ſingulari ſibi invicem implicatas & innexas, in immenſum ferme protractâ diſſertationis ſerie, veri certique ſitiens lector, niſi quòd dictionis amænitate, inventionis varietate, ſtructuræque elegantiâ, quæ feſſum interim reficiant, dum delinitur detinetur, logis longis ac lacinioſis penè delaſſatus, cùm [14] quod pro certo ſtatuatur nihil occurrat, in quo pedem figat, nec jam animi pendens, opinatione, dubitationeque omni depoſitâ, firmus conſiſtat, ac ſecurus acquieſcat, vix aut nè vix quidem tandem deprehendere queat.

Ariſtotelem itaque ſeligemus, qui in eis, quæ ad mores formandos, vitæque rationem ritè inſtituendam pertinent, (de his enim jam agimus) reliquorum nomine ſententiam ferat. Is poſt Platonem, cum agmine utroque dicto, in tres claſſes *Bona* diſpeſcit univerſa, *animi*, *corporis*, & quæ *extra horum utrumque* conſiſtunt, vitæ hujus adminicula. Quamvis autem *animi bona præſtantiſſima* eſſe cenſeat, & *per ſe* maximè eſſe *expetanda* concedat, tanti tamen poſteriora duo iſta facit, tantúmque ad [15] ſortem beatam conſtituendam momenti viriumque eis tribuit, ut [16] virum virtute licèt universâ inſtructum, ſed alteris illis orbatum ac deſtitutum, *beatorum* numero eximat, præſertim [17] ſi in adverſa graviora, calamitateſque inſigniores inciderit; iſta ſiquidem, ubi incurſaverint, *beatitudinem*, quanquam, *mutatu haud facilem*, *intercidere* tamen, *abrumpere* & *corrumpere* prorſus.

At Stoici, adeò nihil hanc in partèm efficaciæ corporeis externiſque iſtis permittebant, ut præ Animi illis nec

---

12 *Cicer.* de Finib. lib. 1. Idem Tuſculan. lib. 1. 13 *Cicer.* de Finib. lib. 2. 14 *Cicer.* Academ. lib. 1. 15 *Ariſt.* Ethic. Magn. lib. 1. cap. 2. Idem Ethic. Eudem. lib. 6. cap. 13. 16 *Cicer.* de Fin. l. 2. *Ariſt.* Eth. Mag. l. 2. cap. 8. 17 *Ariſt.* Eth. Nicom. l. 1. c. 10. Idem Mag. l. 6. c. 13.

in *bonorum malorumvè* cenſu collocanda cenſerent; ſed pro rebus *mediis* prorſus haberent, quæ in neutram partem momenti multum conferrent: [18] cùm *nihil bonum* ſtatuerent, *niſi quod pium, juſtum, humanum, honeſtum foret; nihil malum, niſi quod impium, injuſtum, inhumanum, inhoneſtum* exiſteret. Proinde *miſerum* eſſe *inſipientem, iniquum, improbum, impium* quemque, quantumcunque, quæ aliis habentur, *bonis, corporeis exteriſque inſtructus ſuffultuſque vitam exegerit*; [19] *beatum* contrà *bonum piumque* quemlibet, quantumcunque *malis*, quæ cæteris reputantur, *obſtrictus divexatuſque ævum tranſegerit.* Hunc denique ſolùm *ſapere*, vere *liberum* eſſe, *ſui compotem, numini charum, cujus ſub tutela curaque, cùm perpetim agat*, ſolum poſſe [20] *ſecurum malique omnis metu immunem* degere, utpote [21] *cui mali nihil aut viventi aut morienti obtingere permiſſurus is ſit*, [22] *cui ipſe regendum ſe totum permiſerit: nec poſſe itaque fieri, ut vel ſorte beatâ unquam excidat, vel in calamitates ullas ejuſmodi incidat, quæ beatitudinemn incidendo miſerum faciant.* Et hæc quidem fuêre Stoicorum dogmata, in quibus quatenus tam Peripateticos, quam & Academicos veteres tranſcendebant, eò ad regulam populo Chriſtiano præſcriptam illis utriſque propiùs utique acceſſerunt.

Etiamſi autem concedere nequeam, quod poſt [23] Antiochum Cicero, poſt Ciceronem [24] Auguſtinus, ab iſtis illos *vocabulis* tantùm *diſcrepantes rebus* interim *conveniſſe*, cum hoc apud [25] Ciceronem Cato nervosè ac luculenter ſatis refellere videatur; nolim tamen diffiteri, quod Orator celeberrimus ille, [26] *honeſtum* ſaltem *inter hos certamen* fuiſſe, cùm *omnis* eſſet *de Virtutis dignitate* contentio; hoc tantùm intereſſet, quòd partes *primas* alteri, alteri *totas* integraſque *Virtuti* concederent. Cæterum Epicuri hortulos cum Zenonis porticu, *Voluptatis* Magiſtros cum *Virtutis* patronis, molles cum rigidis, diſcinctos & diſſolutos cum altè cinctis, arctè ſtrictis committi & in certamen deſcendere, [27] indigniſſimum

---

18 *Laert.* lib. 7. *Zeno*, *Senec.* Epiſt. 71. Idem Epiſt. 120. & Ep. 82. *Ambroſ.* Offic. l. 2. c. 3. 19 *Senec.* Ep. 91. 20 *Epict.* Diſſert. l. 1. c. 9. 21 *Socrat.* apud *Plat.* in Apol. *Cicer.* Tuſc. l. 1. *Epictet.* Diſſert. l. 3. c. 26. 22 *Epictet.* Enchir. c. 52. Diſſert. l. 3. c. 22. *Senec.* Epiſt. 107. 23 *Cicer.* de Nat. Deor. lib. 1. & Cic. de Finib. l. 4. 24 *Auguſt.* de Civit. Dei, lib. 9. cap. 4. 25 *Cicer.* de Finib. l. 3. 26 *Cicer.* de Finib. l. 2. 27 *Menand.* apud *Cyril.* adverſ. *Julian.* lib. 7.

planè videtur, & a ratione omni alienum non immeritò habeatur. Nec defuere tamen iſtud qui tentarent: idque, quod mirum magis minúſque ferendum, ex eis etiam, qui Stoicis nomen dederant, horum ſaltem in claſſe locum ambiebant. Sed quid in hunc ſenſum proferatur, audiamus, ab eo qui Stoicus ipſe haberi volebat.

28 *Non eſt*, inquit, *quod putes magnum, in quo* diſſidemus. Exiguum ſcilicet ſpatiolum interjectum fuerat, quod utroſque à ſe invicem diſpeſceret, cùm *Virtuti* illi *totum* deferrent, *Voluptatem* iſti pro *bono* vel *ſummo*, vel *ſolo* etiam haberent.

Sed, 29 *Quam*, inquit, *virtuti legem dicimus, ille dicit Voluptati.* At Stoici *Virtuti legem non dicunt, a virtutis norma legem accipiunt* ipſi. Nec ſi eadem ſuis quæ & illi in nonnullis præcipiunt, ideo non longè à ſe invicem diviſi exiſtunt. Ecquis *Medicum* à *Philoſopho* non diſtare multùm dixerit? Eadem tamen ſuis in victu vitaque communi præcipiunt iſti, præſcribunt illi. Medicorum principem & parentem audiamus. 30 Πόνοι, inquit, σῖτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια· πάντα μέτρια. *Labores, eſcæ, potiones, ſomni, venerea; moderata ſunto omnia.* Ecquid aliud Philoſophus, ſive Stoicus, ſive Epicureus etiam, ſive alius quilibet? Sed aliis planè rationibus, & diverſis prorſus, ſinguli. 31 *Finem*, aiunt, *dare appellationem, & in re ethica formæ rationem habere.* Iſtic ergò vere uſurpatur, quod diverbio vulgari dicitur,

32 Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν διείρηται.

Fines Myſorum ſunt Phrygumque diſſiti.

nec ſecus 33 *Medici & Philoſophici, Epicurei & Stoici* fines ſunt diviſi. Medicus ſiquidem valetudini proſpicit, ne in morbum mutet; Epicureus voluptati, nè in dolorem vertat; Stoicus virtuti, nè à tramite iſtius vel tantillum declinando, in vitium protinus proruatur. Toto denique, quod aiunt, cœlo à ſe invicem ſunt diſſiti, quorum alteri *Virtutem*, tanquam Reginam legitimam, Principem juſtam, cui cætera concedant omnia, in fa-

---

28 *Senec.* de Vit. Bea. c. 13. 29 *Senec.* ibid. 30 *Hippocrat.* Epidem. l. 6. Sect. 6. §. 5. & ex *Hipp. Galen.* Hortat. cap. 6. 31 *Ariſtot.* Eth. l. 3. c. 7. 32 *Strabo* Geogr. l. 12. 33 *Plut.* de Valetud. Præcept.

ſtigio ſummo collocant; *Voluptatem* huic vix in famulitium etiam admittunt, quæ vel ad pedes ſubſerviat, vel à tergo ſubſequatur; alteri *Virtuti* de Principatu dejectæ *Voluptatem* ſubſtituunt, 34 cui in ſolio regali ſedenti, ancillulæ inſtar, aſtet illa, hoc duntaxat officium ſuum ducens, Dominam in aurem admonere, caveat, ne quid perficiat, à quo dolor aliquis oriatur.

Sed, 35 *ſancta*, inquit, *& recta præcipit Epicurus*; imò *rigida & triſtia, fortia* etiam, *ſi propiùs acceſſeris.*

Sancta ſcilicet præcipit is, cui 36 *numen rerum humanarum curam nullam planè gerit.* Cui 37 πρᾶγμα ὁ Θεὸς, ὔτε αὐτὸς ἔχει, ὔτε ἄλλοις παρίχει. *negotii quicquam Deus nec ipſe habet, nec alteri exhibet.* Quod impii illi olim fœcibus ſuis immerſi infixique Judæi, 38 *Deus nec beneficio nec maleficio quenquam eſt affecturus; nec* 39 *propitius eſſe, nec iraſci cuiquam poteſt.* Qui denique, uti gloriantur aſſeclæ ipſius, *primus adverſus numen cœleſte oculos attollere eſt auſus,* 40 *omnemque funditus* (quantum in ipſo fuerat) *religionem ſuſtulit.*

Recta verò ab eis quænam, aut quorſum quis expectet? *Qui* 41 *amicitiam, fidem, juſtitiam, virtutem ullam, niſi* 42 *proprii vel emolumenti, vel oblectamenti intuitu, nec colant, nec colendam cenſeant:* 43 *cùm nihil horum per ſe bonum, ſuique cauſâ expetendum exiſtiment; qui* 44 *honeſtum ipſum inanem ſine re ſubjecta ſonum, nec tam ſolidum, quàm ſplendidum nomen pronunciant; quin nec* 45 *flagitio, facinore, ſcelere ullo, quod voluptatem conciliet, lucellumve pareat, propter ſe abſtinendum ſtatuunt* (*cum* 46 *hujuſmodi nihil ex ſe malum reputent*) *niſi ſupplicii,* 47 *damni, mali alicujus inſecuturi metu coërceantur; nec à numine hoc* (*à quo iram vindictamve ob iſtiuſmodi quicquam, vel expectare, vel formidare vanitatis & ſuperſtitionis nomine, non damnant tantùm, verum etiam deriſent*) *ſed ab hominum conſcientia, qui ab iniqua & ſceleſta perpetrantibus pœnas exigere, ac vindictam ſumere, ſive pro authori-*

---

34 *Cicer.* de Finib. lib. 2. 35 *Senec.* Epiſt. 33. & alibi. 36 *Lucret.* l. 1. 37 *Epicur.* apud *Laert.* lib. 10. *Cicer.* de Nat. Deor. lib. 1. 38 *Zeph.* 1. 12. 39 *Cicer.* in Piſon. 40 *Cicer.* de Nat. Deor. lib. 1. *Lucret.* lib. 1. 41 *Torquat.* apud *Cic.* fin. l. 1. 42 *Idem* ibid. 43 *Cicer.* ibid. *Epicur.* apud *Laert.* lib. 10. *Senec.* Epiſt 97. 44 *Torq.* ubi ſup. 45 *Cicer.* de fin. lib. 2. vid. *Senec.* ſup. 46 *Epicur.* apud *Laert.* 47 *Torq.* ubi ſup. *Epicur.* apud *Laert.* *Senec.* Ep. 97.

tate publica, sive pro viribus privatis valent; hos autem 48 *latendi fiducia nulla possit unquam haberi.*

Sed pergamus, & *rigida* ac *tristia* ista Epicurea videamus; 49 *Luxuriam per se, aut propter se, reprehendendam non putat Epicurus*: Siquidem 50 *Voluptas omnis*, inquit, *bonum est*: (ità nec turpissima re ulla perceptam excludit.) Et, 51 *si ea*, inquit, *quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos Deorum & mortis & doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum, nihil esset eorum quod reprehenderem, cùm undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aut dolens aut ægrum, aut malum.* Ità nec luxuriosos ob eam causam reprehendit, quia luxuriosè vivant; probat potiùs ac collaudat, quia voluptatibus omni ex parte complentur; modò cætera caveant, quorum primum quidem & præcipuum est, ut omnem numinis è mentibus metum excutiant. Quâ ergò ratione castigat asotos istos damnátque Epicurus? Quia utique 52 *Voluptates*, quas immodicè sectantur isti, *Voluptatem* ipsam *multis modis conturbant & corrumpunt*, dum istis procurandis & prosequendis, 53 *in morbos graves, in damna, in dedecora incurrunt, sæpe etiam legum judiciorumque pœnis obligantur.* Hæc scil. *rigida*, hæc *severa*, hæc *tristia* sunt, quæ suis præcipit Epicurus. Voluptatibus vel fœdissimis, vel obscœnissimis indulgeant, totósque se dedant, concedit; caveant duntaxat, nè usu àn abusu immodico, vel morbum contrahant, vel facultates profundant, vel infamiam attrahant, vel legibus indicta in se arcessant supplicia.

Sed temperantes, sobrii, bonæque frugis fuisse referuntur, ex eis qui *Voluptatis* tamen *patroni* ac *magistri extitêre*, eámque pro *bono summo* habuerunt. Sed qua de causâ? *Ut*, teste Epicuro, *cùm in* 54 *ipsa securitate animus ad difficilia se præparâsset, nunquam expavescerent, quod sæpiùs experti, priùs didicerant, minúsque molestè id perferrent, si necessitas incideret, cui antè assueverant.* Porrò ut experiundo addiscerent, 55 *quàm exiguum naturæ satisfaciat, quantúmque ex istis voluptatis percipi possit,* 56 *ubi*

---

48 *Senec.* ipse ibid. 49 *Torquat.* apud *Cicer.* de fin. l. 1. & *Cicer.* de fin. l. 2. 50 *Epicur.* apud *Laert.* l. 10. 51 *Epicur. Cicer.* interprete. finib. lib. 2. *Laert.* l. 10. 52 *Epicur.* ibid. 53 *Torq.* apud *Cicer.* de fin. l. 1. 54 *Senec.* ep. 18. apud *Laert.* lib. 10. 55 *Epict.* apud *Senec* & *Laert.* ibid. 56 *Epicur.* apud *Stob.* tom. 2. tit. 17.

indigentiâ affectus quis ſumſerit ea. Denique ut *ex* 57 *victu lautiore voluptas plenior accreſceret, cùm* 58 *Voluptates uſus rarior commendare* atque 59 *intendere ſit natus*; frequentior autem, & continuus magìs multò ſenſum contrà obtundere atque hebetare conſueverit.

Sed fortes fuere Epicurei: *fortia* quidem loquitur Epicurus, extántque hujus revera quædam vaniloquæ magìs quàm magnanimæ voces. *Sapientem* utique ſuum affirmat, 60 *etiamſi torqueatur beatum fore*; imò, *ſi in* 61 *Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum, Quàm ſuave, quàm dulce hoc eſt? Quàm hoc non curo?* Se verò decumbentem ſpiritúmque extremum trahentem, *ſupremum eundem & beatiſſimum vitæ diem agere* profitetur, *cùm* 62 *tanti veſicæ viſcerúmque morbi cruciatúſque adeſſent ut nihil ad eorum magnitudinem poſſet accedere.* 63 *Compenſatam enim cum ſummis torminibus lætitiam, quam ex inventorum ſuorum memoria capiebat.* Ecquis verò eſt adeò aut mentis inops, aut ſenſûs communis expers, qui hæc ex animi ſententiâ protuliſſe, aut proferre potuiſſe credat eum, qui 64 *Voluptatem* ſtatuit eſſe *ſummum bonum, dolorem* & cruciatum *ſummum malum,* 65 *omneſque,* etiam *animi voluptates & dolores, ad corporis voluptates & dolores pertinere contendit*; qui negat 66 *gaudere quenquam niſi propter corpus,* aut 67 *animi gaudium eſſe ullum, niſi quod à corpore oriatur, & ad corpus referatur*; qui denique diſerte profitetur, *nec* 68 *intelligere quidem ſe poſſe, ubi ſit, aut quid ſit ullum bonum, præter illud, quod ſenſibus corporeis, ex cibis potionèque, formarum aſpectu, aurium delectatione, & obſcœnâ voluptate percipiatur.*

Apud Stoicos ergò omnia, à veris ſaltem Epicureis illis, diverſa; imò eis adverſa plané.

Numen iſti *cœleſte* 69 *rerum humanarum curam gerere; nec univerſi tantummodo, ſed hominum etiam ſingulorum, & rerum quoque ſingularum*; *rebus humanis præſtò eſſe,* 70 *ge-*

---

57 *Torq.* apud *Cicer.* de fin. l. 1. 58 *Juv.* Sat. 11. 59 *Democr.* apud *Stob.* tom. 2. tit. 17. 60 *Epicur.* apud *Laert.* 61 *Idem.* apud *Cicer.* Tuſc. lib. 2. & lib. 5. & *Senec.* Ep. 66. 62 *Ibid.* 63 *Ibid.* 64 *Epicur.* Dogma. apud *Laert.* lib. 10. & *Cicer.* de fin. lib. 1 & 2. 65 *Cicer.* de fin. lib. 2. 66 *Torq.* ibid. l. 1. 67 *Ibid.* l. 1 & 2. 68 *Epicur.* lib. de fin. apud *Laert.* l. 10. & *Cicer.* de fin. l. 2. & Tuſc. l. 3. 69 *Epict.* diſſert. l. 1. c. 12. & c. 14. & c. 16. *Marc.* l. 2. §. 11. & l. 6. § 43. 70 *Marc.* l. 1. §. 17. & l. 9. §. 27. & §. 40.

nerique humano, non ad bona verè ſic dicta duntaxat, ſed & ad vitæ hujus commoda & adminicula ſuppetias ferre. Deum itaque *ante omnia* [71] *colendum,* [72] *ad omnia invocandum, per* [73] *omnia cogitandum, in omnibus* [74] *agnoſcendum, &* [75] *comprobandum, de omnibus* [76] *laudandum & celebrandum;* [77] *huic uni in omni negotio ſimpliciter obſequendum,* [78] *ab ipſo, quicquid obvenerit, animo prompto ac lubenti excipiendum atque amplexandum;* [79] *nihil melius,* [80] *nihil convenientius,* [81] *nihil conducibilius,* [82] *nihil opportunius aut tempeſtivius, quàm id quicquid exiſtat, quod ipſe voluerit, exiſtimandum;* [83] *quocunque ducere viſum fuerit,* [84] *citra murmurationem aut murmurationem, ſponte ſequendum;* [85] *locum ſtationemque, quemcunque is aſſignaverit, ſtenuè tuendum, enixè tenendum,* etiamſi *mortem millies oppetere oporteret.*

Hæc de *Numine* Stoici, & erga Numen affectu: de *Homine* quid, & officiis adverſus congenerem ſibi præſtandis?

Hunc & [86] *corditùs diligere, &* [87] *curare, &* [88] *ſuſtinere,* [89] *injuriâque omni (ut quæ* [90] *impietatis etiam notam inurat) abſtinere, &* [91] *beneficentiâ proſequi, nec* [92] *ſibi ſoli genitum cenſere ſe, aut vivere, ſed in* [93] *commune bonum ac beneficum* [94] *cunctis, pro facultate viribuſque, ſemet exhibere;* [95] *re ipſâ, reique bene geſtæ conſcientiâ,* (95 *nec hac etiam ipſâ quadantenus reputatâ*) [97] *citra teſtem, aut* [98] *mercedis ſpem,* [99] *commodive proprii intuitum, contentum agere, à* [1] *beneficio uno præſtito ad aliud tranſire,* [2] *nec unquam be-*

---

71 *Marc.* lib. 5. §. 33. 72 *Idem* lib. 6. §. 23. *Idem* l. 3. §. 13. 73 *Id.* l. 6. §. 7. 74 *Id.* l. 3. §. 13. 75 *Id* l. 6. § 16. *Epictet.* l. 2. c. 16. 76 *Epictet.* l. 4. c. 4. *Id.* l. 1. c. 6. & apud *Stob.* Tom. 1. l. 1. c. 4. 77 *Epict.* diſſert. l. 4. c. 14. *Marc.* l. 4. §. 33. 78 *Id.* ibid. §. 25. *Id.* l. 3. §. 4. *Epic.* l. 2. c. 17. *Id.* l. 3. c. 26. & l. 4 c. 7. 79 *Idem.* ibid. 80 *Marc.* lib. 7. §. 57. *Idem.* l. 10. §. 10. 81 *Id.* l. 10. §. 10. 82 Ibid. 83. *Marc.* lib. 12. §. 27. & 31. *Epictet.* l. 4. c. 7. Ench. cap 52. diſſert. l. 2. c. 17. & c. 23. l. 3. c. 22. & l. 4. c. 4. 84 *Senec.* epiſt. 107. 85 *Epict.* l. 3. c. 4. poſt. *Socrat.* in *Platon.* apolog. 86 *Mor.* l. 7. §. 12. *Idem.* l. 7. §. 29. 87 *Id.* lib. 9. §. 18. 88 *Id.* l. 5. §. 33. 89 *Id.* ibid. 90 *Id.* l. 9. §. 1. 91 *Id.* l. 5. §. 53. 92 *Id.* l. 7. §. 55. 93 *Id.* l. 8. §. 5. 94 *Id.* l. 3. §. 4. 95 *Id.* l. 9. §. 6. *Id.* l. 7. §. 28. 96 *Id.* l. 5. §. 6. *Senec.* de benef. lib. 1. c. 6. 97 *Marc.* l. 3. §. 5. *Cicer.* de finib. lib. 2. 98 *Plat.* de amor. prol. 99 *Marc.* l. 9. fin. 1 *Idem.* l. 6. §. 7. & l. 5. §. 6. 2 *Idem.* lib. 7. §. 74.

nefaciendo defetiſci; 3 *ſed vitæ telam, tanquam vivendi fructus hic ſit, benefactis ſibi invicem continenter annexis ità totam pertexere*, 4 *ut nuſquam interveniat* 5 *hiatus ullus vel minimus*; 6 *beneficii loco, quòd benefecerit habentem*; 7 *ſibique profuiſſe exiſtimantem, ſi alii cuiquam uſui eſſe potuerit*; 8 *nec extra ſe proinde quicquam vel laudis humanæ vel lucelli, aut aucupantem aut expetentem.* Adhæc 9 *nihil mentis cultu antiquius*, 10 *nihil honeſti ſtudio potius aut pretioſius habere*: 11 *ab eo* denique, *quod officii ſui eſſe nôrit*, 12 *nullâ vel vitæ, nedum alius rei cujuſpiam, cupidine abducendum, nullâ mortis, cruciatûſve ullius, nedum damni aut detrimenti, formidine abigendum, ſe permittere.*

Hæc *Stoicorum* ſunt *decreta* & *præcepta*, & ipſorum principiis quidem planè congruentia, *ſancta*, *recta*, *ſeveva*, *fortia*; *pietatem*, *caritatem*, *humanitatem*, *magnanimitatem* ſpirantia: quibus priora illa, quæ ſunt ſaltem verè Epicurea, nihil ſapiunt, nihil ſonant minús.

Sed adverſus Stoici nominis profeſſores objiciuntur, *raritas*, *hypocriſis*, *defectio*, *defectus*. de ſingulis videbitur.

Ac primo quidem loco *raritas* ſub animadverſionem venit. Pauciores utique omni ævo reperiri, qui diſciplinam hanc ſunt amplexati, quàm qui ad ſectas alias ſeſe applicuerint. Et hac revera in parte triumphant ſplendidè, atque efferunt ſeſe Epicurei, qui 13 Epicurum tot amicos & ſectatores nactum gloriantur, ut *nec urbes integræ eos capere* poſſent. Agnoſcítque qui in Torquato Epicurum oppugnat Cicero, 14 *populum, qui vim maximam, authoritatem minimam habet, cum Epicuro facere.*

Nec reverà quicquam iſtic mirandum occurrit. Notum eſt Stratonis Phyſici illud, *Plures eſſe qui lavari, quàm qui ungi velint.* Hoc eſt, ad thermas plures itare quàm ad palæſtras. 15 *Semitæ utique arctiori atque aſperiori pauciores inſiſtunt*; *latiore & læviore confertim incedit:r.* 16 *Multitudo numerum habet*; *pondus non habet.* Calculi ubique numeroſiores ſunt quàm gemmulæ. Diverbium vetus eſt, 17 *Plures mali.* 18 *Turba peſſimi indicium*

---

3 *Marc.* lib. 12. §. 29. 4 *Idem.* ibid. 5 *Idem.* lib. 9. §. 23. 6 *Id.* l. 9. fin. 7 Ibid. §. 74. 8 Ibid. 9 *Idem.* l. 4. §. 21. *Id.* l. 2. §. 13. 10 *Id.* l. 5. §. 21. 11 *Id.* l. 6. §. 22. *Id.* l. 7. §. 15. *Id.* l. 8. §. 4. 12 *Id.* ex *Plat.* Apol. l. 7. §. 44. 13 *Laert.* l. 10. 14 *Cicer.* de fin. l. 2. 15 *Matt.* 7. 13, 14. 16 *Aug.* in *Pſal.* 39. 17 *Bias.* *Auſon* Lud. 7. Sap. 18 *Senec.* de vit. Beat. c. 3.

eſt, 19 *Eximiâ, raritate commendat natura.* 20 *Nec unquam cum rebus humanis tam feliciter eſt actum, ut meliora pluribus placerent.*

Verùm ſicut in diſciplinam hanc ſe pauciores dedêre; ità ab eadem hac ad alias, Epicuream præſertim, complures deſciverunt, cùm ab aliis ad hanc rari deprehendantur tranſiiſſe.

Nec hoc certè quam illud mirum magis. Celebre ſatìs eſt Arceſilai illud, qui percunctanti, cur à ſectis aliis ad Epicureos tam frequentes deficerent, non contrà viciſſim ab his ad illos, reſpondit, 21 *Quia è viris Galli fiunt, non autem è Gallis viri.* Gallorum nomine non gentem aliquam, ſed Cybeles myſtas, qui teſtâ Samiâ reſecti, virilitatem exuebant, volens intelligi. Nos noſtris familiari magìs dicterio diceremus, 22 *Quia è Gallis capi fiunt, non è capis viciſſim Galli.* Nec gnarum minùs, quod Caliſtoni meretriculæ Socrates, glorianti Philoſopho præferendam ſe, ipſum enim ſuorum neminem ad ſe pellicere poſſe, cùm ipſa illius ſectatores pleroſque ad ſe, ſi id vellet, traducere valeret; 23 *Probabile admodum eſſe quod dicat: ipſam enim ad declivia homines deorſum propellere, cùm ipſe contrà ad ardua ſurſum impellat.* Ad voluptatem utique proclivis eſt via; ad virtutem 24 acclivis ſemita. Cùm autem *ingenium humanum* ex vitio innato ſit ſponte ſuâ propenſum ac 25 *proclive à labore ad libidinem,* ecquid mirum complures, itineris tædio devictos, hac deſertâ, ad illam tranſcurrere.

Sed ex eis etiam qui in diſciplinæ hujus profeſſione perſtiterunt, extitiſſe haud paucos, qui à dogmate, quod mordicùs tamen tenebant, & enixè interim tuebantur, vitæ rationem diverſam & averſam planè inſtituerint; titulo habitúque duntaxat ſpeciem Stoicam præferentes, cùm ex ſtudio vitæque inſtituto Epicurei, aut aliud quid potiùs quàm Stoici jure cenſerentur, adverſus Stoicos, poſt 26 Lucianum, qui hoc nomine ſectam hanc paſſim inſectatur, ab aliis pariter intorquetur.

Nec eſt ſcil. hæc nova nupérve nata, ſed antiqua querimonia, in ſecta unaquaque repertos, 27 *citharis,*

---

19 *Idem.* ep. 42. 20 *Id.* de vit. Beat. c. 2. 21 *Laert.* lib. 8. 22 *Varro* de re ruſti. l. 2. c. 7. & l. 3. c. 9. 23 *Æl.* hiſt. *Var.* l. 3. c. 32. 24 *Prov.* 15. 24. 25 *Terent.* Andr. 1. 26 In Vitarum auctione de ſectis, Micyllo, alibi. 27 *Diogen. Laert.* lib. 6.

28 *lyris*, 29 *tubis*, *lituis* compares, quæ *eorum* utique, *quæ aliis modulantur*, *canunt*, *crepant*, *perſonant*, 30 *nihil quicquam audiunt*, *percipiuntve ipſæ*. Et in aliis ſectis, non Stoicâ ſolâ, 31 compertum eſt deprehenſos, quod ex Pacuvio Macedo, *homines ignavâ operâ, & philoſophâ ſententiâ*; ſive, quod ex Epicteto Favorinus, 32 *Verbis tenus Philoſophos*, *factis procul*. Quin & inter nominis Chriſtiani profeſſores, quod Scriptores quoque ſacros & confeſſos & conqueſtos legimus, comparuêre, qui 33 *Numinis notitiam*, *quam dictis jactitabant*, *factis abdicarent*; qui 34 *pietatis*, *cujus larvam gerebant*, *vim virtutemque abnuerent*, qui 35 *gratiam divinam in laſciviam verterent*; qui 36 *libertatem Chriſtianam nequitiæ improbitatiſque velamentum facerent*; 37 *libertatemque aliis pollicerentur*, *cùm in corruptelæ ſervitio agerent ipſi*. Nec ex horum tamen moribus de religione Chriſtiana ſententiam ferre, æquum fuerit, quum politiæ Chriſtianæ iſti, nec viva, nec vera, nedum ſana, aut integra membra jure cenſeantur, ſed φύματα potiùs mera 38 ἡ λοιμώματα, ut cum Antonino loquar, ſive 39 *vomicæ* & *carcinomata*, ut de ſuis Auguſtus. Haud eſt incelebre Cratetis illud, 40 *In malo Punico etiam probo*, *granum putre aliquod*; Varronis itidem, 41 *Nec in ſegete bona nullum ſpicum nequam* reperiri. In agro Dominico quoque 42 *zizania* ſteriléſque non *ſuccreſcunt* tantummodo, ſed 43 *dominantur* etiam aliquando avenæ: ex quibus tamen de ſegete tota judicari iniquiſſimum fuerit.

Quod denique præſcribitur, inſigniores etiam pleroſque non per omnia decretis præceptiſque ſuis conſentanea præſtitiſſe, ſed à norma regulaque, quam fixerant ipſi, in nonnullis declinâſſe.

Ecquem, quæſo, mihi dabis, ex eis etiam qui ſunt γνήσιοι Χριστιανοί, qui ab ea, quam profitetur, vitæ inſtituendæ ratione non quandoque declinet. Ex eis inter hos fuerat, qui 44 *columnæ* & *exiſtimabantur* & revera

---

28 *Laert.* lib. 7. 29 *Dio. Pruſ.* orat. 8. 30 *Laert.* lib. 6. 31 *Gellius* Noct. Attic. l. 13. c. 8. 32 *Idem.* l. 7. c. 19. 33 *Paul.* ad *Tit.* 1. 16. 34 *Idem.* ad *Tit.* ep. 2. 3. 5. 35 *Jud.* ep. v. 4. 36 *Pet.* ep. 1. c. 2. v. 16. 37 *Id.* ep. 2. c. 2. v. 19. 38 *Marc.* l. 2. §. 16. *Id.* l. 4. §. 28. 39 *Sueton.* l. 2. c. 85. 40 *Laert.* l. 6. 41 *Varro* Leg. Man. apud *Nonium* in Spicum. 42 *Matth.* 13: 25. 27. 43 De ſeculo ſuo, *Salvian.* de Dei Gubern. lib. 3. 44 *Paul.* ad *Galat.* c. 3. v. 9.

exiſtebant, cujus ingenua vox illa, 45 *In multis offendimus omnes*; ſive *impingimus univerſi.* Ad quæ verba 46 Beda noſter, *non*, Offenditis, dixit; *ſed*, Offendimus, *inquit*; & in multis *præmiſit*; omnes, *ſubjunxit.* Ex eiſdem & qui illud, 47 *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, decipimus nos*, (dum 48 *peccantium* utique *numero excipimus*) *nec penes nos eſt veritas.* 49 *Nec*, habuimus, (inquit Auguſtinus) *Sed*, habemus, *dixit*; *ne de vita præterita*, (quæ *per ignorantiam* variaſque indè enatas *cupiditates* tota exacta eſt) *dictum quis ſuſpicetur.* Ex Apoſtolis ipſis, qui Chriſtum proximè acceſſerant, quique lateri ejuſdem comites individui adhæſerant, ut reliquos mittam, nec de proditore quicquam dicam, 50 *primi* & 51 *noviſſimi*, agmen qui ducit, & qui claudit, utriuſque etiam firmati jam, 52 nævi aliqui in tabulis ſacris proditi extant: ut apud exteros quoſvis diſciplinæ etiam ſeveriſſimæ profeſſores, ſectæque exactiſſimæ ſectatores, à dogmate aliena nonnunquam deprehendi, minùs mirum videri debeat. Oraculi vicem meritò ſibi vendicat Æſchyli illud,

53 Ἁμαρτάνει τι τὴ σοφῆ σοφώτερος.

Sapiente qui plùs ſapiat, eſt cùm labitur.

Stoici certè præceptis decretiſque ſuis, 54 non tam quid ipſi valerent, aut aſſecuti jam eſſent, quàm ad quid contenderent, modiſque omnibus elaborandum atque enitendum cenſerent, deſignatum volebant. Quod & idem de ſe 55 Apoſtolus liberè ingenuéque profitetur.

Veruntamen ex eis qui ſectæ hujus in diſciplinam ſeriò ſedulóque ſeſe dederunt, per ſingulas quaſque fere ætates reperti ſunt, qui fide dignorum Scriptorum ſuffragiis conſenſu conſono atteſtantibus, ità dogmata ſua factis conſentaneis conſignata, decretáque vitæ inſtituto æquabili fere comprobata exhibuerint, ut nominis etiam Chriſtiani profeſſoribus pleriſque pudorem incutere, ruborem ſuffundere meritò queat. In his fuere; poſt Zenonem, cui teſtimonium dat inſigne Athenienſium

---

45 *Jacob.* 3. 1. 46 *Beda* in *Jac.* epiſt. 47 *Joan.* ep 1. c. 1. v. 8. 48 De Phariſæo *Luc.* 18. 15. 49 *Aug.* in 1 *Joan.* 50 *Matt.* 10. 2. 51 1 *Cor.* 4. 9. & 15. 8, 9. 52 *Gal.* 2. 11. *Act.* 15. 39. 53 *Stob.* Tom. 2. tit. 3. 54 *Sen.* de vit. beat. c. 18. 55 *Paul.* ad *Phil.* 3. 12, 14.

pſephiſma, quo [56]*virtutis ac temperantiæ nomine*, eò quòd *vitâ ſuâ eis quæ diſſerebat congruente cunctis in exemplum expoſitâ, ad optima quæque quoſque incitaret, imagine æreâ, coronâ aureâ donandum, ſepulcrum ſumptu publico extruendum, piláſque duas, quarum utrique teſtimonium iſtud incideretur, erigendas*, decernitur: poſt hunc, inquam, aliósque qui in Schola hac eidem ſucceſſerant, emicuêre viri magni, diſciplinâ iſtâ imbuti, virtutis maſculæ imagines vivæ vivacéſque conditionis eminentioris ratione, Scriptorum nobilium calamis celebrati, (ut Philoſophiam diſertè profeſſos præteream) Cato Uticenſis, Thraſeas Pœtus, Helvidius Priſcus, & Marcus Antoninus.

Verùm à diſciplina ipſa, ad eos, qui eam ſcriptis ſuis illuſtrârunt, hos præſertim quos reliquos habemus, tranſeamus. Ex eis præcipui fuerant Zeno & Chryſippus: quorum alter Stoam primus condidit; unde & Straboni, [57] *ὁ τῆς Στωικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης*· & Galeno, [58] *ὁ πατὴρ ἁπάσης τῆς τῶν Στωικῶν αἱρέσεως· ſectæ Stoicæ totius princeps paterque*; & Balbo apud Ciceronem, [59] *Stoicorum pater*, dicitur. Alter eandem adeò ſtenuè feliciterque [60] *ſuffulſit*, ut de eo dictum fuerit.

[61] *Εἰ μὴ γάρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν Στοά.*

Chryſippus nî fuiſſet, nec Stoa foret.

Et complura quidem uterque reliquit ſcripta: alter iſte [62] *uſque ad ſeptingenta quinque συγγράμματα*, ſive [63] *opuſcula*: cùm [64] Epicuri *πολυγραφίαν* æmularetur, [65] quem tamen aſſecutum negant; cùm [66] *ad volumina ter centena uſque* iſte pertigerit, quorum quodlibet utique *συγγράμματα* complura complectebatur: alioqui Chryſippum *πολυγραφίᾳ* non æquâſſet, nedum Scriptorum numeroſitate anteceſſiſſet. Cæterùm par ſcripta utriuſque fatum ſunt experta. Nec Zenonis ſiquidem, nec Chryſippi, quin nec ſeculi priſci illius è Stoa cujuſquam ſcriptum ullum integrum ad tempora noſtra perennavit. Superſunt fragmenta duntaxat, *ἀποσπάσματα*, apud Plutarchum, qui paſſim exagitat; Galenum, [67] qui plerumque op-

---

56 Pſephiſma apud *Laert.* l. 7. 57 *Strab.* Geograph. lib. 14. 58 *Galen* de Dogmat. *Hippoc.* & *Platon.* l. 2. c. 6. 59 *Cicer.* de Nat. Deor. l. 3. 60 *Cicer.* Acad. l. 4. 61 *Laert.* l. 7. 62 *Id.* ibid. 63 *Sidonius*, l. 8. ep. 4. 64 *Laert.* l. 10. 65 De *Epic. Laert.* 66 *Laert.* ibid. 67 In libris de Dogmat. *Hippocrat.* & *Platon.*

pugnat; Laertium, [68] qui ſimpliciter recitat; Ciceronem, [69] qui in partem utramque diſceptat. Citerioris ævi ſuperant ex eis qui diſciplinam hanc ſunt aſſectati, quorum diſſertationes commentationéſque ad manus noſtras pervenerunt, Seneca, Epictetus, & Marcus Antoninus.

Ætatis ratione Senecæ locum primum tribuo: quem dignitate æſtimationéque verâ è duobus illis alterutri poſt habendum exiſtimem. [70] Habet ille revera multa eximia, utilia, fortia, ſublimia; & arguta, ſubtiliaque complura; eſtque dignus admodum, qui non ab humanioris literaturæ tantùm, ſed à Theologiæ etiam ſtudioſis, ſedulò quidem, ſed judicio atque examine juſto adhibito, legatur. Verùm non eſt unius ejuſdémque ubique coloris; nec per omnia conſtat ſibi. Neque verò vitam attingo; quam Caſſius tamen arrodit, [71] *tanquam à dogmate præceptionibúſque quàm maximè diſſentaneam*: de ſcriptis ago. In his, quam fœdè Claudio, dum apud ſuperos, ex mente etiam Neronianâ, [72] *morabatur*; nec huic duntaxat, ſed & in gratiam illius, ejuſdem mancipio, [73] *licentiæ intolerandæ maſtigiæ*, Polybio, adulatur? Quem tamen è vivis exemptum, dictione Satyricâ & ſarcaſticâ, verniliatis prægnante, acerbiſſimè proſcidit, & publicè ſubſannandum propinavit. De animæ corpore excedentis ſtatu, quàm repugnantia ſtatuit? Dum τῇ ὑπηθέσει δουλεύων, nunc in [74] ſedes cœleſtes integram ſubvehit, nunc in [75] flatum halitúmve merum diſpergit, tædæque inſtar, materiâ, quâ alebatur, abſumptâ, deficientis prorſus extinguit. Epicurum eſt ubi accuſat, increpat, deprimit, damnat, ut [76] *degeneris & humillimæ mentis, apud quem voluptas imperat hominem*, [77] *voluptatis magiſtrum* ipſum, ſcholam, [78] *voluptatis officinam*, nuncupat. Eſt contrà, ubi (quo Lucilio ſuo forſitan hujus aſſeclæ, quem [79] *Virorum optimi* titulo ſubinde cohoneſtat, gratum faciat) eundem non excuſat tantùm, ut qui [80] *immeritus malè audiat &*

---

68 Lib. 7. in *Zenon.* & *Chryſip.* 69 In Academ. Tuſcul. de Fin. & de Nat. Deor. 70 *Fabius* Inſtit. lib. 10. cap. 1. 71 *Dio. Caſſ.* lib. 61. 72 *Suet.* l. 6. c. 33. 73 *Dio. Caſſ.* l. 60. 74 Ad *Lucil.* Ep. 102. ad *Polyb.* conſol. c. 28. ad *Marc.* conſol. c. 25. ad *Helv.* cap. 17. 75 Ad *Lucil.* Ep. 54. 76 Ad *Lucil.* Epiſt. 42. 77 Epiſt. 18. 78 Epiſt. 9. 79 Ep. 13. & 21. & 48. 80 De Vit. Beat. cap. 13.

infamis ſit; ſed comprobat etiam & collaudat, ut qui [81] *ſancta & recta* præcipiat, *& ſi propiùs acceſſeris*, triſtia. Denique quod in [82] Chryſippo & [83] Zenone non ſemel reprehendit, contraque id [84] quod ipſe præcipit, [85] ingenii acumini nimiopere indulgens, ad ſubtilitates rei vacuas non rarò delabitur, & argutiolis leviuſculis, frigidis etiam ineptiſque aliquoties ludit. Neque tamen hæc, quæ, nec primus, nec ſolus, dixi, ſed me priores, eruditione & judicio cum primis pollentes, ità ſumi velim, quaſi à [86] Senecæ lectione (quem tyronibus ſtudioſis de Scriptoribus eligendis legendiſque conſultus, inter alios commendare conſueverim) abſtentum quenquam, atque abſterritum, aut quo de viri tanti (quem eruditi quique indolis ingeniique acerrimi nomine ſuſpiciunt, imitandum etiam propoſuiſſe ſibi videntur haud pauci) magnitudine juſtâ quicquam detractum eam: ſed quò oſtendam, a virilitate illa Stoicis peculiariter ab ipſo etiam adſcriptâ (quam Chryſippus quoque ſubtilitate nimiâ enervâſſe, eidem ipſi cum aliis incuſatur,) deſciviſſe; nec duobus illis alteris (Epictetum & Marcum dico) aut Scripto, aut facto etiam, parem ſeſe præſtitiſſe: qui in ſorte diversâ, vel adversâ etiam quàm maximè, in [87] ſervitii gradu infimo alter, ſummo alter in imperii faſtigio, poſiti; diſciplina hæc quanti ſit, quantúmque in ſtatu quovis poſſit, tum præceptionibus ſanctiſſimis virtutis genus omne ſpirantibus, tum & vitæ formâ ad decreta ſua accuratè compoſitâ, uberrimè demonſtrârunt.

[88] Epicteti enim Enchiridion iſtud verè aureum, cum mole perexiguum ſit, nec ob id legenti faſtidium pariat, tanto majore cum fructu cognoſci poteſt, quanto plura vitæ prudenter ac decorè inſtituendæ præcepta minore compage comprehendit. Quippe ex hoc Virtutis magiſtro quæ Deo, quæ aliis, quæ tibi ipſe debeas, officia, citra moleſtam verborum ambagem, copioſè ſimul & luculenter intelligas. Quid deſpectus ille rerum humanarum? Quid fortunæ inſultantis contemptio? Quid veri boni, quod in ſolis animi, ſibi placidè acquieſcen-

---

81 Ibid. 82 *Senec.* de Ben. l. 1. c. 4. Ibid. c. 3. 83 De *Zenone* Idem Epiſt. 82. 84 *Idem* de Benef. l. 1. c. 4. 85 *Fabius* Inſtit. l. 10. c. 1. 86 Noct. l. 12. c. 2. 87 *Leonid.* Epitaph. *Epict.* 88 *Joannes Caſparus Schröderus* in Præfatione in *Epictetum.*

tis, nihil vero anxiè cupientis, dotibus positum sit, pretium, quam grata ac nervosa brevitate hic passim insinuantur? Quis ex omni Philosophorum, quotquot unquam extiterunt, schola, Epicteto solidiùs vel iracundiæ tumultus sedavit, vel libidinis æstum extinxit? Unde efficaciora ad continentiam, ac justitiam, ad fortitudinem cæteraſque animi virtutes hortamenta petantur, quàm ex uno Epicteto?

Sed ista forsitan dixerit quis, quorsum aliunde, ab extero præsertim, eóque fidei Christianæ adverso, petantur? Quum è pagina sacra, in qua prostant, possit promptiùs haberi, & à Magistri ipsius ore profecta, cùm imperii authoritate potiore præcipiantur.

Cui ego præscriptioni possim verbulo occurrere; pari utique ratione rejici posse omnes in universum ab eruditis piisque concinnatas Instrumenti sacrosancti utriusque enarrationes: ut eodem tandem deveniatur, quo processerant apud nos haud ità pridem, par ferè geminum, cerebri certè parùm sani uterque, quorum alter præter paginam sacram nihil aut legebat, aut lectitandum censebat; alter, postquam Anachoretæ cujuspiam instar, cum suis domi suæ se concluserat, librorum (quam pro hominis privati forte censúque amplam satis habebat) supellectilem omnem, Bibliis Sacris exceptis, foco accenso, flammis absumendam tradidit; neuter sanè, aut fundo justo, aut exemplo bono, & quod imitatione suâ dignum sobrius quis sanúsque sentiat.

Præterea non levis est momenti, quòd dogmatis Christiani æquitas rationi etiam ipsi consentanea deprehenditur, dum ab ipsis etiam extraneis & adversariis comprobata & collaudata demonstratur. [89] *Grave est*, ponderísque non exigui (ut Isidorus Ægyptius) *testimonium ab inimicis profectum.* Et, (quod Dio Prusæus) [90] *Encomium ab eis, qui non suscipiunt, & suspiciunt tamen, palàm est illius*, sive personæ, sive disciplinæ, *laudem esse præstantissimam.* Non nesciebat hoc Apostolus, cùm ab [91] exterorum inscriptionibus scriptísque, ei quod afferebat & promulgabat, dogmati asserendo, testimonia advocabat. Nec parùm idcirco præcepti documentíque Dominici æquitati ac [92] *rationabilitati* (si ità loqui

89 *Isidor. Pelus.* Lib. 2. Epist. 228. & Lib. 3. Epist. 335. 90 *Dio Prus.* Orat. 51. 91 *Act.* 17. 23, 28. 92 *Rom.* 12. 1. *Marc.* Lib. 12. §. 31.

licuerit) apud quoſvis vindicandæ formandæque conduxerit, quòd ab homine extero, nec nomini Chriſtiano fauente (cùm nec myſterii noſtri gnarus eſſet, nec fidei rationes aſſequeretur) tanta tamen cum vehementia, argumentiſque tam validis, commendata ac confirmata habuerimus. 93 *Quis non intelligat*, (inquit gravis Autor) *bonam eos habuiſſe cauſſam, qui eam apud medios judices obtinere* potuerunt? Quid eam dixerit quis, quæ apud averſos & adverſos etiam, ubi 94 hoſtes ipſi judices conſident, obtineat?

Adhæc divina in iſtis relucet & providentia & benignitas, quòd in homine à ſe dilapſo imaginem ſui non intercidere omnino & aboleri prorſus paſſus eſt, ſed ſcintillulas quaſdam aſſervavit reliquas; quas & diſciplinis variis excitavit, & ad miraculum uſque evexit: partim, quò ſocietati humanæ conſervandæ ac continendæ proſpiceretur; nè 95 efferati prorſus homines, belluarum ritu, in exitium mutuum proruerent univerſi; quum 96 *abſque diſciplina nulla homine truculentior aut immanior ſit bellua*: partim, quò *Numini* 97 *dignoſcendo*, & 98 *indagando*, his adminiculis adjuti, poſſent operam dare; quæ ſi vel contemptim, vel neglectim haberent, 99 ἀναπλήρωτα planè haberentur. Verum eſt proculdubio Claravallenſis illud, 1 *Imaginem divinam uri poſſe, exuri non poſſe.* 2 *Imaginem* certè animæ rationali primitus impreſſam funditus eradere, 3 *facem* in mente hominis cœlitùs accenſam penitus extinguere, nec vitioſitas humana, nec malignitas diabolica valuêre: (tertium quiddam, 4 *flammas gehennales* adjecit ille) quam inter ruinas & incendia defectionem primitivam conſecuta, in generis humani commodum, ſuorúmque beneficium ſervatam confotámque volebat bonitas divina.

Eſt in iſtis etiam, quod ad altiora enitendi, nomen Chriſtianum profeſſis, calcar acerrimum ſubjiciat, cùm à fide ac familia ea exteros in tam celſa evaſiſſe adverterint; ac pudore meritò ſuffundat, quod in imis adhuc ſubſelliis ſubſiſtant hæreántque cum adminiculis fortioribus firmioribúſque tam amplis ad ea conſequenda in-

---

93 *Aug.* Epiſt. 170. 94 *Deut.* 32. 31. 95 *Polyb.* Hiſt. lib. 1. & legat. 122. 96 *Plato* de Legib. lib. 6. 97 *Rom.* 1. 19. & ver. 21. 98 *Act.* 17. 27. 99 *Rom.* 1. 20. 1 *Bern.* in Annunc. Serm. 1. 2 *Gen.* 1. 27. & 9. 6. 3 *Prov.* 20. 27. *Rom.* 2. 15. 4 *Bern.* ubi ſupr.

ſtructi ſint, & adjutari, nî nolint ipſi, poſſint. Certè plùs poſſe naturæ jam collapſæ reliquas vires, diſciplinæ ſecularis accedentibus auxiliis, quàm gratiæ divinæ animis cœlitùs illapſæ, cujus operi etiam promovendo eadem illa pariter inſerviunt, pro dedecore inſigni non immeritò habeatur; éſtque quod probro eos, qui hujus participes ſe ferunt, jure merito afficiat, cum hoc ipſo nomine, nomini, quod profitentur, Chriſtiano [5] opprobrio eſſe ſe ſenſerint, quòd à nomine alienis hac in parte inferiores comperiuntur. Grande quippiam & inſigne viſus eſt, ſibi ſaltem, protuliſſe, qui adverſus mortis metum diſſertatiunculam clauſit monitu illo; [6] *Nec infantes, nec pueros, nec mente lapſos, timere mortem: & eſſe turpiſſimum, ſi eam ſecuritatem nobis ratio non præſtat, ad quam ſtultitia perducit.* Futile revera & frivolum eſt. Pari ſiquidem ratione Epicurus probaverit, *Turpiſſimum eſſe, aut Numinis offenſam ſubvereri, aut ſceleris conſcientiam formidare; cùm neutrum hoc timeant, vel infantes, vel amentes, vel fatui; eámque nobis ſecuritatem non præſtare ſapientiam, ad quam inſcitia & deſipientia perducit.*

Fatui ſcil. laminam candentem contrectare non metuunt; infantuli facis accenſæ flammæ manum admovere non formidant. Num turpiſſimum ideo horum alterutrum ſcientem prudentem timendo refugere, quia neutrum neutri illi timeant? Verùm turpe eſt revera, dedecus, opprobria, damna, exilia, vulnera, tormenta, mortem ipſam, mortéque ipsâ pejores gravioréſque mortis moras, pro veritate divina, fide Chriſtiana, aſſerenda, conſcientia integra & intaminata cuſtodienda, nî deficere & delinquere velimus interminata atque intentata; ſi defugere maluerimus, aut detrectare, nec mente promptâ, animo propenſo alacriter conſtantèrque ſubire ac perpeti; cùm hæc omnia pro pietate fidéque conſervandâ, homines ethnici, & fortiter libentérque ſuſtinenda definierint, & ipſi ſtrenuè ſuſtinuerint. Turpe eſt præcepta documentáque Dominica, [7] *de ſui ipſius abnegatione*, [8] deque *ſuorum omnium, bonorum, opum, facultatum, neceſſitudinum, affectuum, vitæque adeo ipſius abdicatione* gravia, moleſta, dura, difficilia, triſtia, rigida, iniqua conquerendo ducere homines Chriſtianos;

---

5 *Salvian.* de Provid. lib. 4. 6 *Senec.* Epiſt. 36. 7 *Matt.* 16. 2. *Luc.* 9. 23. 8 *Luc.* 14. 26, 33.

cùm à religione Chriſtianâ alieni quoque, argumentis etiam validiſſimis adjectis, hæc eadem pia, juſta, æqua, rationi rectæ conſentanea, naturæque humanæ congruentia cenſuerint; nec eam nobis magnanimitatem aut æquanimitatem præſtare fidem veram, ad quam ratio illos, recta quidem, nec renata tamen & recocta adhuc, perduxerit. Inſignis igitur Scriptorum iſtiuſmodi uſus, apud Chriſtianos etiam, nomine non uno, vel iſta quæ diximus, vel iſtis paria, ſeriò perpendenti, liquidò comperietur.

Lectori S.

SUpervacaneum videtur Auctorum, quos damus, laudes longâ verborum ambage recenſere; quippe, quanto in pretio ſemper apud eruditiſſimos fuerunt illorum Scripta, neminem latet in re literariâ mediocriter verſatum. Id unum potius incumbit mihi brevitèr dicendum, quid a me in novâ hac editione poſt tot doctiſſimorum virorum lucubrationes expectandum ſit.

Cum igitur id mihi negotii ſuſcepiſſem, ut hoſce Auctores, quos rei literariæ uſus efflagitaſſet, recenſerem; mihi in primis fuit curæ, ut eos non ſolùm cultu perquàm nitido in publicum emitterem; ſed ut ea, quæ injuriâ temporum vitiata fuerint & corrupta, priſtinæ puritati & ſanitati reſtituerem. Eum in finem exemplaribus jam evulgatis ferè omnibus diligenter perlectis, non in unius cujuſcunque editionis veſtigiis inſtiti; ſed ea, quæ optima mihi viſa fuerunt, ex unaquaque decerpſi, ut vulneribus, quotieſcunque occurrebant, remedium adhiberem. Quod ad Codices MSS. attinet, etſi plurima hujuſmodi ſubſidia mihi ſuppeditabant melioris notæ editiones, non tamen eos conſulere neglexi, quotieſcunque mihi ali-

quid deesse videbatur, quod aut Auctorum sensus aut vocum structura postulabat. Nihil autem, nisi præeunte auctore alio immutandum decrevi. Eo nomine textus ipse novis typis impressus, uti spero, emendatissimus est & nitidissimus.

Quandoquidem etiam Versiones, in quibus verba verbis, quoad fieri posset, ex ordine respondent, Tyronis usibus, qui hujusmodi subsidiis solus indiget, commodissimè inserviunt; Epicteti, Cebetis & Prodici interpretationem secutus sum ferè Meibomianam, quamplurimis tamen in locis castigatam, in nonnullis jam denuò compositam. Idem quidem dicendum est de versione Theophrasti à doctissimo Casaubono confectâ. Curavi insuper, ut ex omnium annotationibus selectis, quæ ad hosce Auctores intelligendos quicquid conferre videbantur, novis, siquando opus esset, additis, eum commentarium conficerem, in quo verba, sententias, dogmata moresque antiquos eâ, quâ potui, brevitate explicavi.

Huic operi præmittitur dissertatio, è Clarissimi Gatakeri præfatione in Marcum Antoninum magnâ ex parte excerpta; in quâ de Stoicâ Disciplinâ, cum Sectis aliis, Peripateticâ, & Academicâ vetere, Epicureâ verò præcipuè collatâ agitur.

Postremò, si Græcæ linguæ peritis non displicerem, & studiosæ juventutis emolumento inservirem, quod volui, sum consecutus. Vale.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

ΤΩΝ ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν· τὰ δέ, οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μέν, ὑπόληψις,

EPICTETI MANUALE.

CAPUT. I.

RERUM quædam in noſtrâ poteſtate ſunt; quædam non ſunt in noſtrâ poteſtate. In noſtrâ poteſtate ſunt, opinio, impetus,

---

1 *Arrianus*, ut quædam monumenta ingenii magiſtri ſui *Epicteti*, ac in dicendo libertatis illius, ſibi ipſi conſervaret, hunc libellum ex iſtis *Epicteti* ſermonibus, quos cum amicis & diſcipulis ſuis familiaritèr habuit, in iiſdem ferè verbis, quantum ab illo fieri potuit, compoſuit; uti ipſe teſtatur in epiſtolâ ſuâ dedicatoriâ ad *Meſſalinum*. Tanti etiam hunc libellum æſtimavit *Arrianus*, ut eum *Enchiridii* titulo honeſtaverit; quæ quidem vox in græcis ſcriptoribus parvum gladium ſig-

[1] ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἐνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα [2] ἔργα· ἆρ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, [3] δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἐνὶ λόγῳ, ὅσα οὐκ ἡμέτερα ἔργα.

desiderium, aversatio, atque uno verbo, quælibet nostræ actiones: Non sunt in nostrâ potestate, corpus, possessio, gloria, imperia, atque uno verbo, quæcunque non sunt nostra opera.

---

nificat, qui, ob brevitatem, aptè manu gestari & tractari possit. *Thuc. Lib. 6. Xen. 2.* Sed metaphorice ἐγχειρίδια appellatio libellis quibusdam tributa fuit, quòd tales sunt, qui manu facilè gestari possunt; & ut pugio militibus in promptu esse perpetuo debeat, ita tales libelli iis, qui benè & rectè vivere studeant.

1 Ὁρμὴ semper sequitur ὄρεξιν secundum *Peripateticos*: primò enim id appetimus, ut aiunt, quod bonum esse nobis videtur; deinde commovetur animus ad illud consequendum; qui quidem animi motus ὁρμὴ ab illis vocatur. *Stoici* autem peculiari quâdam ratione hisce vocibus utuntur: dantur enim secundum eos primæ animi inclinationes ad aliquid, sive propensiones, rationis tamen imperio obedientes, quæ semper appetitionem & aversationem præcedunt. *Vide Cap. 7.* Ὁρμὴ igitur secundum *Stoicos* est primus iste animi motus sine desiderio, quo quasi impellimur ad aliquid, sed non sine ratione. Ὄρεξις autem est desiderium alicujus rei, *scil.* quando appetimus objectum more eorum, qui protensis manibus aliquid prehendere cupiunt.

2 Ἔργον in hoc loco non significat munus officii, τὸ καθῆκον, in quo sensu sæpissimè capitur; sed ἐνέργειαν, actionem, *scil.* id, quod aut animis agitamus, aut ministerio corporis perficimus; & quod homo suâpte naturâ, suoque arbitratu, nisi morbo aut vi externâ impediatur, facere potest aut non facere. *Wolfius.*

3 Melius δόξα, uti omnes vertendo observant. Hæc enim vox in plu. numero absque adject. apud Græcos tantum *opiniones* significat, vel, apud quosdam philosophos, *axiomata*. Sed hoc vocabulo *Epictetum* indicare existimo *gloriam* sive *honorem*, quo homo ab aliis insignitus est. Sic in sing. numero *Isocr. ad Phil. Arrianus pag.* 434. 27.

BRITISH MUSEUM

ΚΕΦ. β'.

ΚΑὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, ἔστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια.

ΚΕΦ. γ'.

ΜΕμνησο οὖν, ὅτι, ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα, ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια, ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεοὺς, καὶ ἀνθρώπους· ἐὰν δὲ τὸ σὸν, μόνον οἰηθῇς σὸν εἶ)· τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἔστιν, ἀλλότριον· [1] οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, ἄκων πράξεις οὐδέν,

CAP. II.

ET quidem quæ in noſtrâ ſunt poteſtate, naturâ ſunt libera, quæ prohiberi & impediri nequeant: at quæ in noſtrâ non ſunt poteſtate, imbecilla, ſerva, quæ prohiberi poſſint, aliena.

CAP. III.

MEmento igitur, ſi, quæ naturâ ſerva ſunt, libera putaris; & aliena, propria; fore ut impediaris, lugeas, turbéris, Deos atque homines incuſes: ſin id, quod tuum eſt, ſolùm tuum eſſe putaris; alienum vero, ut eſt, alienum; nemo te coget unquam, nemo te impediet, non incuſabis quenquam, neminem culpabis, invitus nihil ages,

---

1 Nemo te neceſſitate conſtringet ad aliquid faciendum, quò minus plenius libertate fruaris, ſiſque tuarum actionum dominus. *Smecanus.*

οὐδείς σε βλάψει, [1] ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις· [2] οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.

ΚΕΦ. δ'.

[3] ΤΗλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ [4] μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς· τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. [5] ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα θέλῃς, καὶ ἄρχειν καὶ

nemo te lædet, inimicum non habebis; neque enim noxium quid patieris.

CAP. IV.

TAnta igitur expetens, memento non oportere modice commotum ea attingere; sed alia omnino mittere; alia in præsens differre. Si autem & ista expetas, & magistratum gerere &

---

1 Inimicus enim judicatur, qui nocet. Nemo autem ei nocere potest, qui bonum & malum in iis rebus solis, quæ in nostrâ potestate sunt, collocat. Cum autem aliquis iis, quæ non sunt penes nos, alium spoliat, propriè illum non lædit.

2 *Politiani* versio hæc non agnoscit & videntur supervacanea, cum jam præcesserit οὐδείς σε βλάψει. Melius tamen (ut ego censeo) *Paraphrasis*, quæ posteriora exhibet, expunctis illis. *Casaubonus.*

3 Monet Philosophiæ studiosum, ne unà cum virtutis & honesti studio, externarum rerum cupiditatem conjungat. Nullis enim rebus eos distrahi oportet, & a studio virtutis atque exercitatione abstrahi, qui eam perfectè consequi cupiunt.

4 Cum non mediocritèr incitatum esse oportere dicit, eum, qui tantas res appetat, non hoc vult, non supra modum, atque immodicè, sed non infra modum, non minus quam par sit, incitatum esse oportere. Nam si periculum est, ne suis bonis excidat: periculum certe (ut ait *Pindarus*) ignavum virum non admittit. *Simp.*

5 *Scil.* τὰ ἐκ φιλοσοφίας περιγινόμενα. Ea quæ philosophia præstat. *Wolfius.*

πλουτεῖν· [1] τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ, [2] διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. [3] πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται.

ΚΕΦ. ε'.

Εὐθὺς οὖν [4] πάσῃ φαντασίᾳ [5] τραχείᾳ μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι, φαντασία [6] εἶ, καὶ οὐ πάντως

dives esse; forsan neque hæc ipsa consequére, quòd priora quoque expetas. Illa certè nullo modo consequéris, quibus solis felicitas ac libertas adquiritur.

CAP. V.

STatim igitur omni aspero viso occurrere stude & dicere; visum es, ac nullo modo id quod

---

1 Fortasse nec hæc ipsa, *scil.* magistratus nec opes assequeris. *Id.*

2 Non τὰ πρὶν φιλοσοφῆσαι, ea quæ desideraris ante philosophiam, ut voluptates, honores, divitias: sed τὰ πρότερον εἰρημένα, ea quæ ante exposuit, quæque rectum judicium sequuntur. *Idem.*

3 Nempè τῶν προτέρων. Carebis enim omnino animi tranquillitate, si avarus & ambitiosus fueris. *Idem.*

4 Nempe ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. *Epict.* infra *Cap.* 10. Hoc inter insipientis sapientisque animum differre dicunt *Stoici*, quod insipiens, qualia esse primo animi sui pulsu visa sunt sæva & aspera, talia esse vero putat; & eadem incepta, quæ quasi jure metuenda sint, suâ quoque assensione approbat, καὶ προσεπιδοξάζει· hoc enim verbo *Stoici*, quum super hac re disserunt, utuntur: sapiens autem, quum breviter & strictim colore atque vultu motus est, οὐ συγκατατίθεται, sed statum vigoremque sententiæ suæ retinet, quam de hujusmodi visis semper habuit ut de minimè metuendis, sed fronte falsâ & formidine inani territantibus. Hæc *Epictetum* philosophum ex decretis *Stoicorum* sensisse atque dixisse in eo, quo dixi, libro legimus. *Aul. Gell. Lib.* 19. *Cap.* 1. Vide etiam *Cicer. Tuscul. Quæst. Lib.* 4. *Cap.* 6.

5 Τὸ τραχείᾳ nonnulli codices non habent, & meo judicio rectius omittitur. *Wolfius.* 6 Lege ἐστί. *Idem.*

τὸ φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέταζε αὐτὸ, καὶ δοκίμαζε τούτοις τοῖς κανόσιν, οἷς ἔχεις. πρῶτῳ δὲ τούτῳ, καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, διότι οὐδὲν πρός σε.

ΚΕΦ. ϛ'.

ΜΕμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν [1] ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν, οὗ ὀρέγῃ· ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεται. καὶ ὁ μὲν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, [2] ἀτυχής· ὁ δὲ ἐκκλίσει περιπίπτων,

esse videris. Deinde explora illud, atque examina iis regulis, quas habes: prima autem hac vel maximè, utrum circa ea versetur, quæ in nostrâ potestate sunt, aut quæ in nostrâ potestate non sunt. Quod si circa aliquod eorum versetur, quæ in nostrâ potestate non sunt, promptum hoc esto, ergo nihil ad te.

CAP. VI.

MEmento appetitionis promissionem esse, fore ut consequatur id quod appetat; declinationis autem promissionem, fore ut in id non incidat quod adversetur: & quidem is, quem appetitio frustratur, infortunatus est: qui in id incidit

1 Est prosopopœia quædam Cupiditatis cum homine colloquentis. Rudibus apertior est oratio, si ita locutus esset: cum aliquid appetis, fore speras, ut id consequeris, & voti compos fias, & reliqua. *Wolfius.*

2 Qui scopum ferire nequit ἀτυχῶ, qui difficulter victum & alia necessaria assequitur δυσχῶ. *Eustratius* in primum *Nicomachiorum Aristotel.* pag. 24.

δυςυχής. ἂν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς [1] τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπί σοι, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνεις περιπεσῇ· νόσον δ' ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυςυχήσεις.

ΚΕΦ. ζ'.

ΑΡον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ [2] μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. [3] τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόν-

quod averſatur, calamitoſus. Si ergo ſola declines, quæ præter naturam exiſtentia in tuâ ſunt poteſtate, in eorum nullum, quæ declinas, incides. At verò ſi morbum declines, aut mortem, aut paupertatem, eris calamitoſus.

CAP. VII.

AUfer igitur declinationem ab omnibus, quæ in noſtrâ poteſtate non ſunt, eamque transfer ad ea, quæ contra naturam exiſtentia in noſtrâ poteſtate ſunt. Appetitionem autem penitus in præ-

---

1 His adverſantur utique, falſa opinio, pravus & corruptus appetitus, omnes animi perturbationes, quas in hominis poteſtate eſſe volunt *Stoici*: non ita fortaſſe, ut non exiſtant (id enim Dei cujuſdam, potius quam hominis fuerit) ſed ut rationi obediant. *Wolfius.*

2 Videntur hæc rudioribus obſcura, quæ dilucidiora eſſent, ſi ſcripſiſſet: averſare falſas opiniones, ſtultas & pravas cupiditates, turpitudinem & dedecus: Hæc enim ut fugere, ita etiam effugere poteris. *Wolfius.*

3 Pugnare videntur hæc verba cum iis, quæ cap. 4. dicta ſunt. τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος &c. Sed liquidò conſtat, autori huic negotium eſſe in hoc loco cum tyrone philoſophiæ initiando, quem vult Academico more ἐπέχειν καὶ διασκέπτεσθαι cohibere aſſenſum & amplius deliberare: & in eâ ἐποχῇ, ἐλλείπειν

τος ἄνελε· ἄν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινος, ἀτυχεῖν ἀνάγκη· τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἂν, οὐδὲν οὐδέπω σοι πάρεστι. μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾷν καὶ ἀφορμᾷν χρῶ, κούφως μέν τοι, καὶ μεθ' [1] ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

ſens tolle. Si enim appetas quidquam eorum, quæ in noſtrâ poteſtate non ſunt, fruſtrari neceſſe eſt: ex iis autem, quæ in noſtra poteſtate ſunt, nihil, quod honeſtè appetas, adhuc tibi adeſt. At ſolo eo utere, ut impetum aliquò feras & alicundè revoces; verum levitèr, & cum exceptione, & remiſsè.

μᾶλλον ἢ πλεονάζειν· hoc eſt, potius citra reſiſtere, quam ultra progredi, ut monet *Iſocrates*. Novitios diſcipulos ſemper admonuerunt *Stoici*, ut ſtatim pravis appetitibus adverſarentur; quippe ii, qui a malâ conſuetudine ad meliorem vitæ rationem tranſire incipiunt, primum evomere debent malæ vitæ venenum, deinde bonæ vitæ cibis ali; ſecundum *Horatium*,

Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit.

Sed talibus tyronibus valdè periculoſum fore exiſtimabant aliquid appetere, priuſquam didicerint, quæ ſint appetenda; ſed levitèr & cum exceptione proſequi rem illis ſatis eſt, pro ea propenſione, quæ appetitionem præcedit. Vide notam in vocem ὁρμὴ, in cap. 1.

1 Politianus, *cum ſupputatione*. Wolfius, *cum diminutione*. Naogeorgus autem melius, *cum exceptione*. Seneca enim de Benef. 4. Cap. 34. ſic ſeſe exprimit: ſapiens ad omnia cum exceptione veniet: ſi nihil inciderit quod impediat: ideo omne illi ſuccedere dicimus, &c. Imprudentium iſta fiducia eſt, fortunam ſibi ſpondere, &c. Exceptio autem ſine quâ nihil aggreditur, & hic illum tuetur. Sæpè in eodem ſenſu ὑπεξαιρέσεως verbo utitur Antoninus. lib. 4. ὁρμᾷ μὲν (ſapiens, ſive recta ratio) πρὸς τὰ ἡγούμενα μεθ' ὑπεξαιρέσεως, τὸ δὲ ἀντισαγόμενον &c. plenius & diſertius lib. ſeq. Ορμῆς καὶ διαθέσεως οὐ γίνεται ἐμπόδια διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν καὶ τὴν περιτροπὴν, &c. idem lib. 6. Καὶ μέμνησο ὅτι μεθ' ὑπεξαιρέσεως, ὅτι τῶν ἀδυνάτων οὐκ ὀρέγου. Caſaubonus etiam *cum exceptione* veram eſſe μεθ' ὑπεξαιρέσεως interpretationem affirmat. Vide ejus notam in hanc vocem lib. 4. *Antonini*.

ΚΕΦ. ή.

[1]Εφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν, ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρχόμενος. ἂν χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις· κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς, οὐ ταραχθήσῃ. ἂν παιδίον σαυτοῦ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ, οὐ ταραχθήσῃ.

ΚΕΦ. θ'.

Οταν ἅψασθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἐὰν λουσόμενος ἀπίῃς, πρόβαλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ· τοὺς ἀπορραίνοντας, τοὺς ἐκκρουομένους, τοὺς

CAP. VIII.

SIngulis in rebus, quæ vel delectant vel usui serviunt, aut diliguntur, memento considerare, cujusmodi sint, exorsus a minutissimis. Si ollam diligis, te ollam diligere: eâ enim fractâ non perturbaberis. Si filiolum amas aut uxorem, hominem a te diligi: nam eo mortuo non perturbaberis.

CAP. IX.

OPus aliquod aggressurus, ipsi tibi subjicito, cujusmodi sit illud opus. Si lavatum abieris, propone tibi quæ in balneo fiunt; abluentes, incu-

---

1 Ea, quæ chara habent homines, trifariam dividit, τὰ ψυχαγωγοῦντα, τὰ χρείας παρέχοντα, &, τὰ στεργόμενα; id est, quæ naturali quâdam ratione diliguntur: &, quomodo sine ullâ molestiâ quævis horum amittere possumus, docet.

λοιδοροῦντας, τοὺς κλέπτοντας. καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέγῃς, ὅτι, εὐθὺς λούσασθαι θέλω, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ, ἄν τι πρὸς τὸ λούσασθαι γένηται ἐμποδὼν, πρόχειρον ἔσται, διότι οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ [1] προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. οὐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

ΚΕΦ. ι'.

ΤΑράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων [2] δόγματα· οἷον, [3] θάνατος οὐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο·

tientes, convitiantes, furantes; atque ita cautius rem aggredieris: si ipse tibi dixeris; & statim lavabo, & meum institutum naturæ congruens conservabo. Et similiter in quocunque negotio. Ita enim, siquid inter lavandum impedimenti accidat, promptum erit; equidem non hoc solum volui, sed & propositum meum, quod secundùm naturam est, servare. Neque vero servabo, si ea, quæ fiunt, ægrè tulero.

CAP. X.

PErturbant homines non res ipsæ, sed de rebus opiniones: ut, mors nihil terribile est, alioquin & Socrati hoc visum fuisset; sed opinio de

---

1 Scilicet, tranquillum animum servare.

2 Vide notam in vocem φαντασίας in cap. 5.

3 Si aut anima cum corpore extinguitur, aut in locum meliorem transfertur. Sed si pœnæ scelerum dandæ sunt, periculosæ plenum opus aleæ, ni veræ pietatis clypeo sis munitus, *Wolfius*.

ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, ὅτι δεινόν, ἐκεῖνο τὸ δεινὸν ἦν. ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα, ἢ ταραττώμεθα, μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτούς, τουτέστι, τὰ ἑαυτῶν δόγματα. [1] ἀπαιδεύτου ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πρόσεστι κακῶς· ἠρχμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ· πεπαιδευμένου, τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.

ΚΕΦ. ια'.

Ἐπὶ μηδενὶ [2] ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι. εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν ἄν, ὅτι, καλός εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν· σὺ δ' ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ὅτι ἵππῳ ἀγαθῷ ἐπαίρῃ.

morte, quod terribile aliquid ſit, hoc eſt illud terribile. Cum igitur impedimur, aut perturbamur, aut triſtamur, nunquam alium incuſemus, ſed nos ipſos, hoc eſt, noſtras opiniones. Ineruditi factum eſt incuſare alios, ob quæ ſibi malè eſt; ejus qui eruditi cœpit, ſeipſum; eruditi, neque alios, neque ſeipſum.

CAP. XI.

OB nullam alienam efferaris præſtantiam. Si equus ſeſe efferens diceret, pulcher ſum; ferri id poſſet: Tu verò, cum dicis ſuperbiâ elatus, pulchrum equum habeo; ſcito te ob pulchrum equum

1 Vide notam in hæc verba ἀ δύναται ἐν καιρῷ &c. cap. 31.

2 Quid verbo ἐπαρθῇς indicet, operæ eſt cognoſcere. Quippe non ſignificat per arrogantiam efferri; ut in malam ſæpe partem ea voce utimur. (alioqui non ſuaderet, ut noſtris & veris bonis efferremur.) Non igitur ſimpliciter ἐπαίρεσθαι prohibet, ſed alienis bonis. Videatur Simplicius. Interpres.

τί οὖν ἐστι σόν; [1] χρῆσις φαντασιῶν. ὥσθ' ὅταν ἐν χρήσει φαντασιῶν κατὰ φύσιν σχῇς, τηνικαῦτα εὐλόγως ἐπαρθήσῃ. τότε γὰρ ἐπὶ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ.

ΚΕΦ. ιβ'.

Καθάπερ ἐν [2] λιμένι, οὗ πλοίου καθορμισθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργόν ἐστι, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξασθαι, ἢ βολβάριον· τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι, μήτοι σε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ· κἂν καλέσῃ, πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδεμένος

superbire. Quid ergo tuum est? Usus visorum. Quare cum in usu visorum secundùm naturam es adfectus, tum verò meritò te efferes. Tum enim aliquo tuo bono lætaberis.

CAP. XII.

Quemadmodum in navigatione, subducto navigio, si aquatum exieris, in viâ quidem obitèr hoc agis, ut cochleolam colligas, aut bulbulum; animum autem ad navim intentum habere oportet, & continuò respicere, an gubernator vocet; &, si vocet, omnia oportet relinquere, ne vinctus, ovium

---

1 Obscuriora videntur hæc minus assuetis. Sed perinde est ac si diceret: in omnibus rebus non appetitum aut popularem opinionem, sed rationis judicium sequendum. Visis enim rectè uti, quid est aliud, quam de rebus omnibus recte judicare, & rationi parere, non affectui? *Wolfius.*

2 Navem, sive philosophiam, sive vitæ institutum esse intelligo: gubernatorem vero, Deum: cui qui vocanti non pareat, aut pro mancipio tractetur, aut planè deseratur. *Wolfius.*

ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα· οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν διδῶται ἀντὶ βολβαρίου καὶ κοχλιδίου γυναικάριον καὶ παιδίον, [1] οὐδὲν κωλύσει. ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα πάντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπαλλαγῇς ποτε τοῦ πλοίου μακρὰν, μήποτε καλοῦντος ἐλλίπῃς.

ΚΕΦ. ιγ'.

[2] ΜΗ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται, καὶ εὖ ποιήσεις. [3] νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως

instar, in navim conjiciaris: Sic quoque in vitâ, si pro bulbulo, & cochleolâ, uxorcula detur & puellus, nihil impediet. At si gubernator vocarit, curre ad navim, relictis illis omnibus; neque respicies. Quod si senex sis, ne recedas unquam procul a navi, ne vocantem non adsequaris.

CAP. XIII.

NE postules quæ fiunt, fieri ut vis; sed velis, quæ fiunt, fieri, ut fiunt, & rectè facies. Morbus corporis impedimentum est; instituti non item,

---

1 Nullum prohibebit, nec γυναικάριον nec παιδίον, quin, si Deus vocet, tu sequaris.

2 Quippè voluntatem tuam facilius mutabis, quam naturam rerum.

3 Dicit Philosophus νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως δὲ οὔ. Quo nihil aliud annuit, quam sapientem, tunc etiam, cum corporis morbis premitur, tamen esse sui juris & liberum, cum per impedimenta corporis voluntas ejus sufflaminari haud possit dici, quippe qui stabile hoc suæ προαιρέσεως scitum observet, *ubi nec possis; ibi nec velis.*

δὲ ὅ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. χώλανσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ὅ. καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐμπιπτόντων ὑπόλεγε. [1] εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον· οὗ δὲ ὅ.

ΚΕΦ. ιδ'.

ΕΦ' ἑκάστῳ τῶν προσπιπτόντων μέμνησο, ὑπιστρέφων ἐπὶ σεαυτὸν, ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῆς. ἐὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλὴν, εὑρήσῃς δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν. ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις καρτερίαν· ἂν λοιδορία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ οὕτως ἐθιζόμενόν σε, οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

nisi ipsum velit. Claudicatio, pedis est impedimentum; instituti non item. Atque hoc cuicunque incidentium rerum verbis adde. Illam enim alterius cujusdam impedimentum invenies; tui verò nequaquam.

CAP. XIV.

SUper quacunque incidentium rerum memento ad te conversus quærere, quam potentiam habes ad ejus usum. Si pulchrum videas, aut pulchram, potentiam ad hæc invenies, continentiam. Si labor offeratur; invenies tolerantiam. Si convitium, patientiam invenies. Atque sic adsuetum non te abripient secum visa.

---

1 Stoicæ doctrinæ fundamentum est, naturam humanam omnino positam esse in ratione & mente; corpus autem esse quoddam extraneum & solùm animi instrumentum. Cum igitur morbus, paupertas & id genus incommoda, sunt corporis impedimenta, sunt ἄλλου τινὸς ἐμπόδια non autem οὗ scil. τῆς προαιρέσεως appetitûs hominis rationi obedientis, a quo natura hominis dependet, necnon bonum & malum. Quis enim vetat

ΚΕΦ. ιε'.

Μηδέποτε ὅτι μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι, ἀπώλεσα αὐτό· ἀλλ', ὅτι, ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; ἔχων γὰρ τοῦτο ἀπεδόθη; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει, διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπήτησε; μέχρι δ' ἂν δίδῳ, ὡς ἀλλοτρίῳ αὐτῷ ἐπιμελοῦ, ὡς ξενοδοχεῖον οἱ παριόντες.

ΚΕΦ. ις'.

Εἰ προκόπτειν θέλεις, ἄφες τοὺς τοιούτους διαλογισμούς· ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐκ ἔξω διατροφάς· ἐὰν μὴ κολάσω τὰ παιδία, πονηροὶ ἔσονται.

CAP. XV.

NUnquam de aliquâ re dicas; quòd perdidi eam; ſed quòd reddidi. Puellus obiit? redditus eſt. Ager ereptus? annon iſte quoque eſt redditus? Sed improbus eſt, qui eripuit. Quid verò tu curas, per quem reperierit is, qui dedit? Sed quamdiu conceſſerit, tanquam alienum id curato, ut cauponam viatores.

CAP. XVI.

SI proficere vis, hujuſmodi cogitationes mitte: ſi mea neglexero, alimenta non habebo: niſi puerum caſtigâro, malus erit. Satius enim

---

ægrotantem naturæ ſuæ amplecti conſentanea, declinare contraria?

1 Pertinet ad eos oratio qui adhuc erudiuntur, necdum eo pervenerunt, ut ſimul & ſeipſos & res externas citra noxam curare poſſint.

[1] κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταρασσόμενον· [2] κρεῖττον δὲ, τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἤ σε κακοδαίμονα.

ΚΕΦ. ιζ'.

ΑΡξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν μικρῶν. ἐκχεῖται τὸ ἐλάδιον; κλέπτεται οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι, τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία· προῖκα δὲ οὐδὲν περιγίνεται. ὅταν δὲ καλῇς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι δύναται μὴ ὑπακοῦσαι· καὶ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις. καὶ οὐχ οὕτως ἔστω αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ, τό σε ταραχθῆναι.

est fame emori, sine mœrore ac metu existentem, quàm vivere in omnium rerum adfluentiâ perturbatum. Satius quoque est puerum malum esse, quam te infelicem.

CAP. XVII.

QUare a parvis incipe. Oleum effunditur? villum surripitur? subjice tibi: tanti vænit tranquillitas, tanti constantia; gratis autem nihil acquiritur. Cum autem puerum vocas, cogita posse ipsum non audire, &, si audierit, nihil eorum agere quæ velis. Neque verò ei tam benè sit, ut ipse efficiat, te perturbari.

---

1 Prius dixit in cap. 10. nihil in morte timendum fuisse. Quæ autem copiæ rerum externarum utilitas ei est, qui naturæ congruenter vivit, cum potius illis lædatur? Quis usus est sumptuosarum & variarum epularum, ei qui per valetudinem citra noxam illis frui nequit. *Simplic.*

2 Si fieri posset, ut simul & teipsum conservares & puerum curares: nihil esset hoc pulchrius. Sin id fieri nequit, duabus

ΚΕΦ. ιή.

[1]ΕΙ προκόψαι θέλεις, [2]ἐάσομενον, ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἄνους δόξαι, καὶ ἠλίθιος. [3]μηδὲν βούλου δοκεῖν ὀπίσω σαυτοῦ. ἴσθι γὰρ, ὅτι ὁ ῥᾴδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σαυτοῦ, καὶ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός· ἀλλὰ τὴν ἑτέρου ὀπιμελούμενον, καὶ ἑτέρου ἀμελῆσαι, πᾶσα ἀνάγκη.

CAP. XVIII.

SI proficere vis, perfer si ob externas res amens & stultus videaris. Nihil videri velis scire; & si quibus esse aliquis videare, tibi ipsi diffide. Scias enim, non facile esse, & propositum tuum, quod secundùm naturam adfectum est, servare, & externa; sed omninò necesse esse, ut, qui unum curet, alterum negligat.

---

de causis, tum quod ipse ineruditus alium erudire nequit, tum quod sine ullo fructu pueri ipse maxima detrimenta capit: reliquum est, ut illum improbitati suæ relinquamus, cum neque verbis neque verberibus profecerimus, & nosmet ipsos curemus. *Idem.*

1 *Scil.* in philosophiâ & animi culturâ. Eam enim προκοπὴν seu profectum intelligit, quâ tranquillitas animi & libertas augeatur. *Wolfius*

2 Qui enim voluptates, opes, honores minus curat, præsertim si illa consequi liceat, vulgo stultus habetur; quod etiam docet Apostolus gentium. 1 *Cor.* 3. 18. *Snecanus.*

3 Non quod scientiæ desiderium impediat; sed ut ostentationis reprimat cupiditatem. Hæc enim cum inflat animum, & ad externa trahit, eòque redigit ut ad vulgi opinionem non suo judicio vitam instituat: tum eâ opinione vulgi contentum ad veram scientiam contendere non sinit, Rectè quidem non dixit, nihil videare scire; sed, ne videri velis scire aliquid. Nam existimatio de nobis, non est nostra, nec in nostrâ potestate sita; velle autem nostrum est opus. *Simplic.*

ΚΕΦ. ιθ'.

ΑΝ θέλῃς τὰ τέκνα σου, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου πάντοτε ζῇν, ἠλίθιος εἶ· τὰ γὰρ μὴ ὄντα σοι, θέλεις ὄντα σοι εἶναι, καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι· οὕτω καὶν τὸ παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ. [1] θέλεις γὰρ τὴν κακίαν, μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλό τι. ἂν δὲ θέλῃς ἀφεγόμενον μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύνασαι. τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι.

ΚΕΦ. κ'.

[2] ΚΥριος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τοῦ ἢ μὴ ἐκείνου θελομένου, ἢ μὴ θελομένου, ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ προσποιῆσαι, ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι

CAP. XIX.

SI velis liberos tuos, & uxorem, & amicos tuos, semper vivere, ſtultus es. Quæ enim in tuâ poteſtate non ſunt, vis eſſe in tuâ poteſtate; & aliena, vis eſſe tua. Sic quoque, ſi puerum velis non peccare, fatuus es: vis enim vitium non eſſe vitium, ſed aliud quidpiam. Si autem velis appetens aliquid, eo non excidere, hoc potes. Hoc igitur exerce, quod potes.

CAP. XX.

DOminus cujuſque eſt, qui eorum, quæ is vult, aut non vult, poteſtatem habet, ut conſervet, aut auferat. Quiſquis igitur liber eſſe vult, neque

1 Innuit, opinor, pueros & omnes mortales naturâ eſſe vitioſos; nec vitia propulſari, niſi per philoſophiam, cujus non ſatis capax ſit tenera & rudis ætas: quæ ut caſtiganda ſit, non tamen eſt abjicienda.

2 Quam multos ergo fortuna dominos nobis impoſuit? Quanto plures ipſi nobis imponimus inſatiabili caducarum rerum cupiditate? *Wolfius.*

βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις. εἰ δὲ μὴ, δουλεύειν ἀνάγκη.

ΚΕΦ. κά.

ΜΕμνησο, ὅτι, ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατά σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. [1] παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε μέχρις ἂν γένηται κατά σε. οὕτω πρὸς τέκνα, οὕτω πρὸς γυναῖκα, οὕτω πρὸς ἀρχὰς, οὕτω πρὸς πλοῦτον· καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλ' ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ

cupiat quicquam, neque averſetur, eorum quæ penes alios ſunt. Sin minus, ſervire neceſſe erit.

CAP. XXI.

MEmento oportere te, tanquam in convivio, verſari. Aliquid quod circumfertur ad te pervenit? porrectâ manu modeſtè capito. Præterit? ne detine. Nondum venit? ne appetitum extendito; ſed expecta, donec ad te venerit. Sic erga liberos, ſic erga conjugem, ſic erga magiſtratus, ſic erga divitias *ſi affectus fueris*, eris aliquando dignus deorum conviva. Quod ſi vel propoſita tibi non cupias, ſed deſpicias; tunc non tantùm conviva deorum eris, ſed & collega. Sic enim cum

1 Sed ſi data auferantur (hoc enim verbum præterire ſignificat opinor) non eſſe retinenda vi; ſed eorum ereptionem ægrè non ferendam. *Simplic.*

καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν [1] Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

ΚΕΦ. κβ'.

ΟΤαν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότος τὰ ἑαυτοῦ, πρόσεχε, μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, [2] ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ, τοῖς ἐκτός· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἔστω πρόχειρον, ὅτι, τοῦτον θλίβει, οὐ τὸ συμβεβηκὸς, ([3] ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει) ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτου. [4] μέχρι μὲν τοι λόγου

facerent Diogenes & Heraclitus, atque his similes, meritò & divini erant, & vocabantur.

CAP. XXII.

CUm plorantem aliquem videris in luctu, eo quod filius vel peregrè profectus est, vel res suas perdidit, cave ne te visum unà abripiat, ut existimes versari eum in malis ob externa: sed apud te distingue, & dicere promptum esto; non hunc torquet id quod accidit (quippe alium non torquet) sed quæ de illo est opinio. Nec tamen pigeat sermone tenus una

---

1 Diogenes ab Alexandro rogatus, quid vellet? Recede, inquit, è sole: nam apricabatur. Ii igitur, qui res externas ita despexerunt, divini & erant & jure appellabantur. Divini enim sunt, qui secundum id, quod in ipsis ἄκρον & sejunctum est à contagio corporis, ætatem exigunt. Quod enim ab omni parte ἄκρον est, divinum est. Omnium enim rerum summum fastigium est Deus. *Simplic.*

2 Non enim in rebus externis mala nostra sunt, sicut ne bona quidem. *Simplic.*

3 Anaxagoras, audito filii sui obitu, placido simul & magno animo dixit; novi me eum genuisse mortalem. *Simplic.*

4 Ne dubites illius affectui & verbis & suspiriis subservire,

μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, κἂν οὕτω τύχῃ, συνεπιστενάξαι. πρόσεχε μὲν τοι, μὴ καὶ ἔσωθεν συνεπιστενάξῃς.

ΚΕΦ. κγ'.

ΜΕμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος. ἂν βραχὺ, βραχέος· ἂν μακρὸν, μακροῦ· ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. [1] σὸν γὰρ τοῦτ' ἔστι, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου.

cum ipſo circumferri, &, ſi ita res tulerit, ſimul ingemiſcere. Cave verò, ne etiam intrinſecus gemas.

CAP. XXIII.

MEmento te actorem eſſe, cujuſcunque magiſter velit, fabulæ: ſi brevis eſt, brevis; ſi longa, longæ; ſi pauperem agere te velit, ut & hanc perſonam ingeniosè agas; ſi claudum, ſi magiſtratum, ſi plebeium. Hoc quippe tuum eſt, datam perſonam benè agere; ſed illam eligere, alterius.

---

ac dolorem præ te ferre. Remittit hic aliquid *Epictetus* de Stoicâ ſeveritate καὶ ἀπαθείᾳ, vel potius ἀσυμπαθείᾳ, quâ vehementer offenduntur ii, qui in malis ſibi eſſe videntur, nec ſimulationem improbat.

1 Benè ac prudentèr varios hominum ordines conſtituit Deus: penes nos autem eſt, iſtam vitæ conditionem, in quâ poſiti ſumus, exornare. Sic in ſcenâ, ſingulis hiſtrionibus aptam fabulæ perſonam imponere, ſive regis ſive ſervi, ejus eſt qui fabulam edit, quique tam perſonarum quæ in eâ ſunt, quam hiſtorionum ingenia perſpecta habet. Sed impoſitam perſonam bellè repræſentare deſignati hiſtrionis erit.

ΚΕΦ. κδ'.

[1]Κορὶξ ὅταν μὴ αἴσιον κράξῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει σεαυτῷ, καὶ λέγε· ὅτι, τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ τῷ [2]σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί· [3]ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ, τι γὰρ ἂν τούτων ἐκβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν, [4]ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ.

ΚΕΦ. κε'.

[5]Ἀνίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν οὐκ ἔστιν ἐπί σοι νικῆσαι.

CAP. XXIV.

COrvus cum haud prosperè crocitârit, ne te visum corripiat; sed statim apud te distingue, ac dic; horum mihi nihil portenditur; sed corpusculo meo, aut reculæ meæ, aut gloriolæ meæ, aut liberis, aut uxori: mihi autem fausta omnia portenduntur, si ego velim. Quodcunque enim horum evenerit, in meâ potestate est, ut ex eo utilitatem capiam.

CAP. XXV.

INvictus esse potes, si in nullum certamen descendas, in quo vincere, tui arbitrii non est.

---

1 *Stoici* omnia ferè divinationis genera defenderunt. *Cicero* Divin. lib. 1. 5.

2 In *Arriano* & *Epicteto* diminutiva significant extenuationem & vilitatem ipsius rei, non autem parvitatem. Nam παιδίσκη est puer 12. 14. 16. annorum, servulus vilis. &c.

3 Quippè animam propriè esse hominem dicunt *Stoici*, æquè ac *Platonici*; & omnino penes nos esse bonum & malum nostrum.

4 Quia, omnis commoditas sua fert incommoda secum; & è contrà. Extrema verò mala, & omni consolatione majora, ut ferenda sint, *Arrianus* docet. *Wolfius.*

5 Hoc dictum pendet è divisione rerum initio facta. Vin-

ΚΕΦ. κϛ'.

ΟΡα μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ μεγαλοδυναμούμενον, ἢ ἄλλως εὐδοκιμοῦντα, μακαρίσῃς, ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. [1] ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ ᾖ, οὔτε ὁ φθόνος, οὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει· σὺ δὲ αὐτὸς οὐ στρατηγὸς, οὐ πρύτανις, ἢ ὕπατος εἶναι θελήσεις, ἀλλ' ἐλεύθερος. μία δὲ ὁδὸς [2] πρὸς τοῦτο, καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

ΚΕΦ. κζ'.

ΜΕμνησο, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόν-

CAP. XXVI.

VIde igitur, ne, si quem honore, aut potentiâ evectum, aut aliter commendatum videris, illum beatum prædices, à viso unà abreptus. Si enim in iis, quæ in nostrâ potestate sunt, substantia boni est; nec invidia, nec æmulatio locum habebit. Tu autem ipse non imperator, non præfectus, aut consul esse velis, sed liber. Una autem via eò ducit, contemptus eorum quæ in nostrâ potestate non sunt.

CAP. XXVII.

MEmento, non eum qui convitiatur, aut verberat, injuriam facere; sed opinionem quæ

---

cuntur, qui res alienas expetunt: hoc est, eas, quæ ad corpus pertinent, & in manu fortunæ sunt. Vincunt, qui pravas opiniones & cupiditates oppugnant, modo legitimè certent. *Wolfius.*

1 *Stoicorum* dogma est ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ ἐστιν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν. Bonis enim corporis & fortunæ vitam beatam compleri negant. *Cicero* Tuscul. quæst. l. 5. 35. At *Epicureorum*, οὐκ ἄλλη οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ ἢ ἡδονή. *Arrian.* pag. 225. 2 Scil. τὸ ἐλεύθερον εἶναι.

των. ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σὴ σε ὑπόληψις ἠρέθισε. τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ, μὴ τῆς φαντασίας μὴ συναπαχθῆναι. [1] ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνον ἢ καιρὸν τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ.

ΚΕΦ. κη'.

Θάνατος, καὶ φυγὴ, καὶ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν· μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ, [2] οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

de his est, tanquam facientibus injuriam. Cum igitur te aliquis irritârit, scito tuam te opinionem irritâsse. Quare à primis tenta, ne à viso unà abripiaris. Si enim semel tempus & moram nactus fueris, facilius tuiipsius compos eris.

CAP. XXVIII.

MOrs, & exilium, & omnia, quæ terribilia videntur, ante oculos tibi quotidiè sunto: maximè verò omnium mors. Neque quicquam unquam humile cogitabis, neque quidquam nimis cupies.

---

1 Nam si temporis aliquid & moræ impetrâris, repentinum objectum te non commovebit, sed simul interim tranquillus eris; simul spatium habebis principia doctrinæ promendi & distinguendi, utrum ille casus in nostrâ potestate sit, annon. Quod si in nostrâ potestate non esse eum inveneris: adjunges, neque bonum neque malum nostrum esse; & penes te esse eo pro bono uti, & fructum inde capere, magno animo eum despiciendo. *Simplic.*

2 *Siracides*, cogitationem mortis & divini judicii à peccando deterrere affirmat. Quod si facit: multò magis æquo animo res adversas ferre, secundasque contemnere docet, ob brevem scilicet earum & dolorem & fructum. Sic *Cicero*: omnis, inquit, voluptas pro nihilo putanda est, quod cum præterierit, perinde sit, ac si nulla fuisset. Sed in magnis corporis cruciatibus, & angoribus animi, una hora toto anno longior videtur, & unus dies multis sæculis. *Wolfius.*

ΚΕΦ'. κθ'.

ΦΙλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων, ὅτι, ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανεφήλυθε, καὶ, πόθεν ἡμῖν αὕτη [1] ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ σχῇς· τῶν δὲ βεβαιτίστων σοι φαινομένων [2] οὕτως ἔχου· ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος [3] εἰς ταύτην τὴν τάξιν, μέμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σου πρότερον, οὗτοί σε ὕστερον θαυμάσουσιν· ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα.

CAP. XXIX.

SApientiæ ſtudium ſuſcipere cupis? Statim te para, quaſi futurum ſit, ut deridearis: ut multi te ſubſannent: ut dicant, quod ſubitò nobis philoſophus exſtitit; &, unde hoc nobis ſupercilium? Tu verò ne ſupercilium habe; ſed quæ tibi optima videntur, ita retine, tanquam qui à Deo in hunc ordinem ſis collocatus. Memento autem, ſi in iiſdem perſeveres, eos qui te antea deridebant, poſtea te admiraturos; at duplo majori riſu te exceptum iri, ſi illis vincaris.

---

1 Vultum cogitabundum, triſtem ſeveritatem, ac faſtum, per ſupercilium intellige. Hunc autem fuiſſe philoſophorum habitum, a *Menandri* dicterio apparet; εὐρετικὴν (inquit) εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες: meditationi aptam eſſe aiunt ſolitudinem, ii qui ſupercilia erigunt. *Wolfius.*

2 Eorum quæ tibi optima videntur, *ita proſequere*, vel, *ita curam gere*, tanquam Arrianus 149. 32. ἀεὶ τῶν εὐφυεστέρων ἔχομαι.

3 *Arrian.* p. 44. Εἰ μέν με ὁ στρατηγὸς ὁ ὑμέτερος ἔταξεν εἴς τινα τάξιν, ὅτι ἔδει με τηρεῖν αὐτὴν καὶ φυλ. ibid. εἰ δ' ὁ θεὸς ἔν τινι χώρᾳ καὶ ἀναστροφῇ κατατέταχε· ταύτην &c.

ΚΕΦ. λ'.

[1] ΕΑν ποτέ σοι ἤνηται ἔξω στραφῆναι, πρὸς τὸ βουληθῆναι ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας [2] τὴν ἔνστασιν. ἀρκοῦ οὖν ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος· [3] εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει, τῷ εἶναι σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ.

ΚΕΦ. λά.

ΟΥτοί σε οἱ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν· [4] ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. εἰ γὰρ ἡ

CAP. XXX.

SI quando te extrà versari accidat, ut placere alicui velis, scito te vitæ institutum perdidisse. Contentus igitur semper esto, te esse philosophum. Quod si etiam videri velis, tibi ipsi videre, & satis erit.

CAP. XXXI.

HÆ te cogitationes ne adfligant: ignobilis ego vivam, & nullius existimationis usquam. Si

---

1 Gloriolæ cupiditatem & ostentationis studium, qui affectus tardissimè in bonis & doctis etiam viris senescit, vetat. Vult, philosophum sese intra conscientiæ suæ limites, tanquam cochleam intra testam continere, eamque amplissimum virtuti suæ theatrum proponere, statuere ac judicare. *Wolfius.*

2 Nulla huic loco convenientior (ut ego judico) interpretatio, quam *vitæ institutum*: quod & *Diogenis Laert.* in *Menedemo* locus valdè suadere videtur: ubi asserit *Diogenes* iste, Epicurismum non ἔνστασιν tantum τοῦ βίου fuisse, sed & αἵρεσιν: id est, sectam, non solo vitæ instituto ab aliis diversam; sed propriis quoque dogmatibus & opinionibus constantem.

3 Videri possit aliquid acutè hic latere, quasi id velit *Epictetus*: si hoc non sufficit tibi, te esse philosophum, id est, virum bonum, nisi talis etiam videaris: operam da, ut verâ ac solidâ tanti boni acquisitione & fruitione, ipsum te tibi probes, ac qualis es, talem te sentias: & ita facilè consequeris, ut aliis quoque videaris. Sed cum neque *Simplicius* neque *Paraphrastes* agnoscant istud τῷ εἶναι: vereor ne id magis argumentum, quam genuinum sit. Quod hic autem ἱκανὸς ἔσῃ: *Simplicius* & *Paraphrastes* ἱκανὸν ἐστι vel ἔσται. *Casaubonus.*

4 Ἄτιμος est, qui non tantùm nullo honore, sed etiam ig-

ἀτιμία ἐστὶ κακόν, οὐ δυνάσαι ἐν κακῷ εἶ δι' ἄλλον, οὐ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. μή τι οὖν τὸ σὸν ἔργον ἐστίν, τὸ ἀρχῆς τυχεῖν, ἢ παραληφθῆναι ἐφ' ἑστιάσεις; οὐδαμῶς. πῶς οὖν ἔτι τοῦτ' ἔστιν ἀτιμία; πῶς δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόναις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ὑπό σοι, ἐν οἷς ἔξεστί σοι εἶ πλεῖστα ἀξίῳ; ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται. τί λέγεις τὸ ἀβοήθητοι; οὐχ ἕξουσι παρά σου ἀργύριον; οὐδὲ πολίτας Ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις; τίς δέ σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; κτῆσαι οὖν, φασίν, ἵνα κἀμεῖς ἔχωμεν. εἰ δυνάμει κτήσασθαι, τηρῶν ἐμαυτὸν

enim ignobilitas malum est, non potes in malo esse per alium, non magis quàm in turpi. Numquid ergo tuum opus est magistratum consequi? aut, convivio accipi? Minimè. Quomodo ergo etiam ignobilitas hoc censeri potest? Quomodo etiam nullius existimationis eris unquam, quem in iis solis, quæ in tuâ potestate sunt, aliquem esse oportet, in quibus tibi quantivis esse pretii licet? At amici sine auxilio tibi relinquentur. Quid vocas, sine auxilio? Non habebunt à te pecuniam; nec cives Romanos eos facies: Et quis tibi dixit, hæc ex iis esse quæ in nostrâ potestate sunt, ac non potiùs aliena opera? Quis autem alteri dare potest, quæ ipse non habet? Parato igitur, aiunt, ut & nos habeamus. Si possum comparare, meipsum

---

nominiâ afficitur; ita ἄδικος non tantum is qui justum nihil facit, sed imprimis qui positivè defectum infert, injustitiam.

1 Pendet hæc sententia ex dogmate Stoico: solum honestum esse bonum, solum vitium esse malum. *Cicero* de Finibus

αἰδήμονα, καὶ πιστὸν, καὶ μεγαλόφρονα, [1] δείκνυετε μοι ὁδὸν, καὶ κτήσομαι. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε παραβαλεῖν τὰ ἐμαυτῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς [2] ἄνισοί ἐστε, καὶ ἀγνώμονες.

verecundum ſervans ac fidum & magnanimum, monſtrate viam & comparabo. At ſi vos poſtulatis, ut meamet ego bona perdam, quò vos, quæ bona non ſunt, adquiratis, videte vos ipſi, quàm iniqui ſitis & deſipientes. Utrum autem mavultis?

---

lib. 2. 56. Contemptus & neglectus mei, ſi ego officio fungor, non meum vitium, ergo neque meum malum eſt: ſed eorum & vitium & malum, qui ex perverſo judicio & voluntate pravâ me immerentem contemnunt, negligunt, male tractant, afficiunt. Eruditi enim, ab omni errore & peccato remoti, ob rationis perfectionem & brutæ partis cum eâ conſenſionem & obedientiam, neminem unquam accuſant ut ullius ſibi mali auctorem: neque enim in ullum ſuum malum vel ipſi ſeſe conjiciunt, vel ab alio conjiciuntur, ſiquidem eruditi ſunt; quia, ſi eruditi ſint, non in rebus externis malum collocant. Ineruditi autem utrâque de causâ errant & peccant, eorum & ratione & brutâ parte male affectis: atque aliis ſuum vitium imputant, quaſi id in rebus externis ineſſe cernerent. Qui verò eruditi incipiunt & principia ſalutis habent, etiamſi peccarint, & in malum aliquod inciderint; tamen ubi ſit malum, & unde naſcatur, ſciunt, & quæ ſit ortus illius cauſa; ideoque illam accuſant. Fortaſsè evidentior erit oratio, negandi particula tranſpoſita; ut ſit, magis ſic quam in turpi: & dicat, non poſſe te in malo eſſe per alium: ut ex particula magis, orationis confirmatio ſumatur. *Simplic.*

1 Significat non ſine malis artibus parari opes & dignitates: eâque de causâ viro bono illas aſpernandas eſſe. Neque enim de iis loquitur, qui ſe honore indignos præbent, ipſique in causâ ſunt ut contemnantur. *Wolfius.*

2 Ἄνισοι, ut deſertores amicitiæ. Nam Pythagoreis auctoribus, amicitia eſt æqualitas, & iniquum eſt, amicum extremâ calamitate velle afficere, brutæ tuæ cupiditatis explendæ causâ. Ἀγνώμονες, qui amico illorum commodis ex animo inſervienti, talia mandent; nec quantum interſit videant, inter id quod amicus illis obſequens perdit, & id quod ipſi conſequuntur. *Simplic.*

τί δὲ χ' βέλεσθε μᾶλλον; [1] ἀργύριον, ἢ φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα; εἰς τοῦτο δή μοι μᾶλλον συλλαμβάνετε, καὶ μὴ δι' ὧν ἀποβαλῶ αὐτὸ, ταῦτά με πράττειν ἀξιοῦτε. Ἀλλ' ἡ πατρὶς, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, φησὶν, ἀβοήθητος ἔσται. πάλιν, ποίαν καὶ ταύτην βοήθειαν; στοὰς γὰρ οὐκ ἔξει μοι σε, οὔτε βαλανεῖα; [2] καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει μοι τὸν σκυτέα, οὐδ' ὅπλα μοι τὸν σκυτέα. ἱκανὸν δὲ, ἐὰν ἔχας καὶ ἐκπληρώσῃ

pecuniamne, an amicum fidum & verecundum? In hoc igitur potius mihi opitulamini; non autem ea, quibus perdam illud, me agere postulate. Sed patria, inquit, quantum in meâ potestate est, auxilio carebit. Rursus, quod tu illud vocas auxilium? Porticus per te non habebit, nec balnea. Et quid hoc ad te? Neque enim calceos habet per fabrum ferrarium; neque arma per sutorem.

---

1 Hoc tempore pecuniam plerique malunt, neque enim pauperis amici ullum esse usum censent. Sic dotatæ puellæ pudicis & benè educatis præferuntur, si quæ forte sunt tales, talesque permanent. Quare procis ignoscendum fortasse est, qui tam incerta pudicitiæ & probitatis alea, divitum uxorum quam pauperum intemperiem ferre ac tolerare malunt. *Wolfius.*

2 Καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει μοι τὸν σκυτέα, οὐδ' ὅπλα μοι τὸν χαλκέα. *Neque enim calceos habet per sutorem, neque arma per fabrum.* Sic in omnibus editionibus legitur. Naogeorgus sensum secutus, vertit; nonne habet calceos per sutorem? Nonne & arma per fabrum? quasi legisset: οὐχὶ γὰρ, quod mihi sanè haud displicet. Verum è *Simplicio* apparet inversum esse verborum ordinem, & sic legendum: οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει μοι τὸν χαλκέα, οὐδ' ὅπλα μοι τὸν σκυτέα. Sensus est. Non magis a philosopho porticus & balnea, & civitatem Romanam postulandam, quam arma a sutore, aut a fabro ferrario calceos: cum philosophi munus sit, cives ad virtutem instruere: ut sutoris, conficere calceos; & fabri, arma. *Wolfius.*

τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ κατασκευάζεις πολίτην πιστὸν καὶ αἰδήμονα, οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφελεῖς; ναί. ἔχεις οὖν οὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἶναι αὐτῇ. τίνα οὖν, φησὶ, χώραν ἔξω ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ, φυλάττων ἅμα τὸ πιστὸν καὶ αἰδήμονα. εἰ δ' ἐκείνην ὠφελεῖν βουλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιο, ἀναιδὴς καὶ ἄπιστος ἀποτελεσθείς;

ΚΕΦ. λϚ'.

ΠΡοετιμήθη σοί τις ἐν ἑστιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ συμβουλευθῆναι εἰς συμβουλίαν; εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτά ἐστι, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτοῦ ἐκεῖνος. εἰ δὲ κακά, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτοῦ οὐκ ἔτυχες· μέμνησο δέ, ὅτι οὐ δύνασαι μὴ ταῦτα ποιῶν περὶς τὸ τυγχάνειν τοῦ σοι ἐφ' ἡμῖν, ἐκείνου τοῦ ἴσου

Sufficit, si suum quisque munus expleat. At si alium quendam ipsi civem præparares, fidum & verecundum, nihilne illam juvares? Ita verò. Quare nec tu ipse inutilis ei fores. Quem igitur, inquit, locum in civitate tenebo? Quemcunque possis, simul fidum te, ac verecundum servans. Quod si, dum illi prodesse vis, hæc perdas, quam illi utilitatem adferes, qui impudens & infidus evasisti?

CAP. XXXII.

PRælatus tibi aliquis est in convivio, aut in salutatione, aut in adsumtione ad consilium? Si quidem hæc bona sunt, gaudere te oportet, quod ille his sit potitus: sin mala, ne doleas, te illa non adeptum. Memento autem, haud posse te, non eadem facientem ad consequenda illa quæ in nostra

ἀξιοῦσθαι. πῶς γὰρ ἴσον ἔχειν δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν τῷ ἐπαινοῦντι; ἄδικος οὖν ἔσῃ καὶ ἄπληστος, [1] εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ βουλήσῃ λαμβάνειν. ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδακες; ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. ἂν οὖν τις προϊέμενος τὸν ὀβολὸν, λάβῃ θρίδακας, σὺ δὲ μὴ προϊέμενος μὴ λάβῃς, μὴ οἴου ἔλαττον ἔχειν οὗ λαβόντος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, οὕτω σὺ τὸν ὀβολὸν, ὃν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀνταῦθα. οὐ προσεκλήθης ἐφ' ἑστίασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι πόσου πωλεῖ τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου δ' αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ. δὸς οὖν τὸ διαφέρον

poteſtate non ſunt, æqualia mereri. Quomodo enim tantundem habere poteſt, fores alicujus non frequentans, quantum qui frequentat? Non deducens, quantum qui deducit? Non laudans, quantum qui laudat? Injuſtus igitur eris, atque inexplebilis, ſi hæc non tradens, quibus iſta venduntur, gratis illa accipere velis. Sed quanti venduntur lactucæ? Obolo fortaſſe. Si quis igitur, tradens obolum, lactucas capiat; tu autem non tradens, non accipias, haùd minùs eo qui accepit te habere putes. Ut enim ille lactucas habet; ſic tu obolum, quem non dediſti. Eodem modo & hic ſe res habet. Ad convivium alicujus non es vocatus? Nimirum vocanti non dederas, quanti cœna venditur. Atqui laude eam vendit, miniſterio vendit. Da

1 Id eſt, ἀναλώσας ἢ καταβαλών. unde οἱ ἐλευθέριοι προετικὰ χρημάτων dicuntur apud Ariſtotelem. *Wolfius.*

εἴ σοι λυσιτελεῖ τὸ πωλούμενον. εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληστος εἶ, καὶ ἀβέλτερος. οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; ἔχεις μὲν οὖν, τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες· [1] τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου.

igitur pretium, si quidem tibi conducit quod venditur. Quod si illa tradere non vis, & hæc accipere, inexplebilis es & stolidus. Nihil igitur habes pro cænâ? Certe habes, quod non laudaris quem nolebas; quod ejus in ingressu insolentiam non tolerâris.

---

1 Dixerat prius, ut lactucas obolo; ita cænam, venire ἐπαίνου καὶ θεραπείας. Ut igitur, qui lactucas non emit, caret ille quidem lactucis; sed earum loco, obolum salvum habet; ita qui non vocatus est, cænæ quidem expers fuit; sed cænæ loco, eo potitur, quod à necessitate laudandi, quem laudandum non putabat; & molestæ θεραπείας onere levatus sit. Hæc enim θεράπεια ita pluribus verbis hic exprimitur: τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ &c. quibus in verbis si quid est ambiguum: intellecto quid θεράπεια sit, tollitur. Est autem θεραπεύειν τὰς αὐλὰς alicujus, planè idem quod ἰέναι ἐπὶ τὰς θύρας & φοιτᾷν ἐπὶ θύραις: id est, observantiæ testandæ causa alicujus fores frequentare, & (ut loquitur *Aul. Gellius*) ibi sedentes, operiri dominum ædium, ut docet ὁ *μακ. Is. Casaubonus*, in notis ad *Diogen. Laertium*. Id autem præcipue mane fiebat, *salutationis* (de quâ tam multa *Martialis*, aliique) tempore. Sed nihil vetat quin latius extendamus, ad quodvis diei tempus. Et fortassè mos obtinebat, ut qui vocati fuerant, (qui minorum gentium convivæ; clientes, aliique:) in vestibulo ædium operirentur: & eo spectarit *Juvenalis*;

Vestibulis abeunt veteres lassique clientes,
Votaque deponunt quamvis longissima cænæ.

Simplicius tamen, θεράπεια δὲ τούτων ἐστι, τὸ φοιτᾷν ἐπὶ θύρας, τὸ παραπέμπειν ἐν ἀγορᾷ (quod expectationis in vestibulo consectarium:) τὸ ἐπαινεῖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα: & *Arrianus* pariter: lib. 3. 23. θέλεις μὴ τὸν δεῖνα θεραπεύειν; ἐπὶ θύρας αὐτοῦ πορεύεσθαι: ubi plura in eandem sententiam. Verba igitur ista quod attinet ἀνασχέσθαι αὐτοῦ: non inepta sententia fuerit, si ex usu communi, *ipsum* (αὐτὸς hic fortassè κατ' ἐξοχὴν Atticè, pro dominus)

ΚΕΦ. λγ'.

[1]Το βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν, [2]ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους· οἷον, ὅταν τοῦ γείτονος παιδάριον κατεάξῃ τὸ ποτήριον, ἢ ἄλλό τι, πρόχειρόν ἐστιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων

CAP. XXXIII.

NAturæ consilium addiscere ex iis licet, de quibus inter nos non disceptamus: ut, cum vicini puer poculum, aut quid aliud confregerit, promptum statim est dicere; ex iis hoc est quæ

---

tolerare vertamus: est enim tolerantiæ non mediocris (mihi quidem certè) aliquem diu præstolari. Potius tamen videtur, ut simplicitèr, *ipsum expectare*. Cæterum, τὸ ἐπαινεῖν, cum *limine* & *cænâ* quam appositè copuletur hic, testatur & illud Poëtæ Satyrici:

Si quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide sis ne majorum tibi forte
Limina frigescant. Casaubonus.

1 Intelligit communes hominum de rerum naturâ notiones, in quibus non aliud, sed idem sentimus omnes: veluti, bonum esse utile; & utile bonum: bis duo esse quatuor. Hæ igitur notiones & id genus aliæ rectâ ratione in nobis constitutæ, longoque tempore exploratæ, veræ sunt & cum rerum naturâ congruentes. *Snecanus.*

2 Sententiam mirè pervertit istud πρὸς ἀλλήλους: quo omisso, planissimus emergit sensus, & aliorum dictis congruentissimus. Vel dicat mihi aliquis, si proprium poculum frangatur; vel propria moriatur uxor, cur tum sit magis controversiæ aut contentioni locus; quam cum vicini poculum frangitur aut ejusdem moritur uxor? *Simplicius* multa comminiscitur, ut aliquid dicat: sed futili, siquid ego judico, labore. Qui non intelligebant istum usum verbi διαφέρεσθαι ἁπλῶς positi, voces istas addiderunt, & locum, alias haud obscurum, corruperunt. Vetus hoc incrustamentum esse, patet ex *Simplicio*, qui ita in suis codicibus reperit. Fidelior, fortassè (& antiquior) *Para-*

ἐστίν. ἴσθι οὖν, ὅτι, ὅταν καὶ τὸ σὸν κατεαγῇ, τοιοῦτον εἶναί σε δεῖ, ὁποῖον, ὅταν καὶ τὸ τοῦ ἄλλου κατεαγῇ. οὕτω μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. ἀλλ' ὅταν τὸ αὑτοῦ τινος ἀποθάνῃ, εὐθὺς, οἴμοι, τάλας ἐγώ. [1] ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὸ ἀκούσαντες.

fiunt. Scito igitur, cum & tuum fractum fuerit, talem te esse oportere, qualis eras cum alterius frangeretur. Sic transfer ista ad majora. Alterius obiit filius, aut uxor? nemo est, quin dicat; humanum est. At cum suus cujusque obiit, statim; Hei mihi, me miserum! Oportebat autem meminisse, quomodo adfecti simus, cum de aliis idem audimus.

---

phrasis nostra non agnoscit. Est autem διαφέρεσθαι sic simpliciter enunciatum quod vulgò dicimus, *to have an interest*. & μὴ διαφέρεσθαι, quod Latini dicerent, *indifferenter habere*. Est autem hic usus vocis *Antonino*, ut alios omittamus, valdè familiaris. Locos aliquot adducemus, nè quis *Simplicii* authoritate fretus, à verâ lectione sit alienior. lib. 6. initio: μὴ διαφέρου, πότερον ῥίγιον ἢ θαλπόμενον τὸ πρέπον ποιεῖ. Eodem loco: τῷ μὲν σωματίῳ πάντα ἀδιάφορα. οὐδὲ γὰρ δύναται διαφέρεσθαι. quanquam hic τὸ διάφερ. propriè sit, *discriminis intelligentiam habere*: ex quâ intelligentiâ, voluntatis oritur in utramque partem propensio. Idem alibi paulò alitèr, sed in eandem tamen sententiam: cum præpositione, *scil.* & substantivo, non *personæ* sed *rei*, ut cum dicit; διαφέρεσθαι πρὸς τὰ μέσα· & διαφέρεσθαι πρὸς τὰ μὴ ἐφ' ἡμῖν. id est, *de rebus mediis & ad nos nihil pertinentibus, sollicitos esse*. Sed & postremus *Arriani* liber in his verbis definit: τὰ δ' ἄλλα γινέσθω ὡς βουλέται. οὐ διαφέρομαι. *mea non refert*, ut ibi *Wolfius*. Ait igitur hic *Epictetus*: vicini poculum, uxor, liberi, nihil ad me. Hinc si quid illis contingit, rectum in promptu judicium. Idem si nostris contingat, &c. *Casaubonus*.

1 Naturæ humanæ sive pravitas, sive imbecillitas non fert, ut alieni boni aut mali æquè excitatus in nobis sensus sit, atque nostri proprii.

ΚΕΦ. λδ'.

[1] Ὥσπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται· οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται. [2] εἰ μὲν τὸ σῶμά σου ἐπέτρεπέ τις τῷ ἀπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν. ὅτι δὲ σὺ τὴν γνώμην τὴν σεαυτοῦ ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα, ἐὰν λοιδορήσηταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη, καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ; [3] τούτου ἕνεκα

CAP. XXXIV.

QUemadmodum ſcopus aberrandi causâ non ponitur; ſic nec mali natura in mundo exiſtit. Si quis corpus tuum obvio cuique concederet, indignareris: at quod mentem tuam cuivis concedis, ut cum convitiatur tibi, hæc turbetur, ac confundatur, non te pudet? Hâc de causâ cujuſque operis

---

1 Eſt *Epicteti* ratiocinatio brevitèr hujuſmodi: malum, aberratio à ſcopo eſt. Quod enim principalitèr in mundo fit, ſcopus eſt ejus qui facit: & finis ejus adeptio. Quod cum fit, attingit ſcopum is qui facit. Si igitur id quod præcipuè ſpectatur, & ſecundum naturam in mundo fit, non eſt aberratio à ſcopo; (nam adeptio potius eſt;) malum verò eſt aberratio à ſcopo: malum non præcipuè ſpectari, conſultoque in mundo fieri conſtat. Nam cùm dicit *Epictetus*; nec mali natura in mundo ſit: naturæ nomine id intelligit, quod ſecundum naturam exiſtit, præcipuèque ſpectatur. Sed ſi ita exſiſteret malum, ſcopus eſſet facientis, quem intuens faceret. Sed ſcopus eſt ut id fugiatur. Fugiendum enim eſt malum. Quare non attingendi, ſed aberrandi cauſa poneretur. Si igitur ſcopus aberrandi ab eo cauſa non ponitur, nec mali natura in mundo exiſtit. *Simplic.*

2 Cum iis iraſcereris, qui corporis tui violandi cuivis poteſtatem darent (cujuſmodi eſt proſcriptorum conditio) quantò magis tibi iraſci debes, qui cuivis animi tui lædendi poteſtatem dare ſoleas; cum tui arbitrii eſt, lædi prorsùs à nemine? *Wolfius.*

3 Τούτου ἕνεκα, hic palàm importuna, ad præcedentia pertinent: οὐκ αἰσχύνῃ τούτου ἕνεκα; quod & ipſa res clamat apertiſſimè,

[1] ἐφ' ἑκάστῳ ἔργῳ σκόπει τὰ προηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτῷ, καὶ ὅπως ἔρχῃ ἐπ' αὐτό. εἰ δὲ μή, [2] τῇ προφάσει προθύμως ἥξεις, μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος· ὕστερον δὲ, ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ.

ΚΕΦ. λε'.

[3] ΘΕλεις ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγὼ, νὴ τοὺς θεούς· καλὸν γάρ ἐστιν. ἀλλὰ σκόπει καὶ τὰ προηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ ὅπως ἅπτῃ τῶν ἔργων.

antecedentia ſpecta, & conſequentia, & ſic illud adgredere. Alioqui primum alacritèr accedes; eorum nullo, quæ conſequuntur, expenſo: poſt autem, turpitudine aliquâ exortâ, verecundaberis.

CAP. XXXV.

VIs Olympia vincere? Et ego, per Deos; glorioſum quippe eſt. Sed ſpecta antecedentia & conſequentia; & ſic opus adgredere. Oportet

---

& tum *Arriani*, tum *Simplicii* (in *Enchiridii* cap. 36um) confirmat authoritas: & hic debuit hoc caput deſinere. Quæ autem ſequuntur ab iſtis: ἐκάστου ἔργου: ad caput 37. τὰ προηγούμενα &c. unicò capite (non, ut hic pluribus) includi debuerunt. Ex *Caſaub.*

1 Vult nos (ut monet *Homerus*) τοίσιν ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, nec ea, quæ ante pedes modò ſunt, videre; ſed etiam illis, quæ futura ſunt, proſpicere.

2 Τῇ μὲν προφάσει· ellipſis. pro κατὰ τὴν προφάσιν ὀδὸν, primo pedatu, ut *Plautus*. innuit hoc, ſi τὰ προηγούμενα, antecedentia ſolum prius conſideraverit, alacritèr ſuſcepturum negotium.

3 Ven. *Μίλες σὺ Ολ. Olympia vincere*, uti *Ennius* apud *Ciceronem* de Senectute.

Sicut fortis equus, ſpatio qui ſortè ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit.

δεῖ σ' εὐτακτεῖν, [1] ἀναλισκομενοφέιν, [2] ἀπέχεσθαι πεμμάτων, [3] γυμνάζεσθαι τοῖς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύμασι, ἐν ψύχῃ, μὴ ψυχρὸν πίνειν, [4] μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν. ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σαυτὸν [5] τῷ δεδιδάκτῃ· εἶτα εἰς τ' ἀγῶνα παέρχεσθαι· ἔστι δ' ὅτε χεῖρα βλαβεῖν, σφυρὸν στρέψαι,

te ordine omnia agere; coactum edere; abstinere cupediis; ex necessitate exerciri, constitutâ horâ, in æstu, in frigore; non frigidam bibere, non vinum, ut fieri solet: ut verbo dicam, lanistæ, tanquam medico, teipsum tradere oportet; deinde in certamen prodire: aliquando manum lædere: ta-

---

1 Hesych. *Ἀναγκαφαγεῖν, τοῖς ἀνάγκην ἐσθίειν, ὅπερ ἀθλητὴ πίσχυσι.* Galenus *σωτηρικῷ* pag. 4. 52. *ἀναβοσκήσεις τι τῇ ἀναβιπαλαίμνοι.* Paulo post. *τροφὴς τι σωτηρίαν οὐ ἀνάγκη, πολλάκις ἔχει μίσιν νυστᾶν ἐντείνοντες τὴν ἰσχύν.* pag. 5. 3. *πλὴν γ' ὅσον οἱ μὲν ὗς ἐχ' ἀναβιπᾶσιν, ἐδὲ τοῖς ἀνάγκην ἐδίοντι· οἱ δὲ τῇ ναῦτα πίσχυσι, τῇ ἡσθεδήφαις ἐνίοτι τὰ νῦτα ἀξαναίοντες.* pag. 6. 15. *Εἰ δὲ τῇ τὴν ἰδιωτὴν σώματός τις ἀγαθὸν εἶναι φαίη, ἐδὲ ταύτης αὐτῆς αὐτοῖς μίστοι, ἔτ' ἂν ἀθλῶσι, ὅτι καταλύσουσι· εἶχε παρὰ μὲν τὸν ἀθλήσιον χρόνον, ἐν πόνοις τι τῇ τελεσιουργίας ἀοῖς, ἃ γυμνάζόμενοι μόνον, ἀλλὰ τῇ τοῖς ἀνάγκην ἐδίοντες.* De voracitate athletarum vide *Plutarchum* in Arato, & *Plinium* lib. 18.

2 Non omni cibo athletæ utebantur. *Cassianus* de spiritu fornic. cap. 7. Illi, qui in agone visibili student legitimè decertare, utendi omnibus escis, quas desiderii libido suggerit, non habent facultatem; sed illis tantum, quas eorundem certaminum statuit disciplina: & non solùm interdictis escis & ebrietate, omnique crapulâ eos necesse abstinere; verum etiam cunctâ inertiâ & otio atque desidiâ, &c.

3 Id est, *ἄκοντας τῇ ἀναγκαίως* invitos & necessario: sicut dicimus *τοῖς βίαιον*, de iis quæ coacti facimus.

4 Non suo arbitratu, sed præfinito & ex præscripto.

5 Erat *lanista* is, qui gladiatores tyrones informabat. Inscriptio Neapolitana:

CN. MARTIUS. FELIX. LANISTA. AVGVST.

Inscriptio Romana apud *Lipsium* lib. 1. Saturn. cap. 15.

P. FORTILIUS. P. L. SYRUS. LANISTA. AD. AB. FORIN.

πολλὰ ἀφλὺ κατα πεῖν· ἔπ' ὅτε κ[2] μαστιγωθῆναι· κ μὴ ταῦτα πάντα νικηθῆναι. ταῦτα πάντα θεω-ρήσας, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου· ἢ τὸ ἀθλεῖν. εἰ δὲ μή, ὡς τὰ παιδία ἀναχώρησον, ἃ νῦν μὲ παίζεις

lum distorquere: multum pulveris deglutire: interdum flagris cædi: & vinci post hæc omnia. His omnibus consideratis, si adhuc velis, pugilum certamen suscipe. Sin minus, ut pueri resilies: qui

---

Lanista dicitur magister gladiatorum apud *Ciceronem* 3. de orat. Magister hic Samnitium summâ senectute est. Vocatur quoque hic informator gladiatorum invidendo nomine *Doctor* apud *Valer.* lib. 2. ibi: ex ludo *C. Valerii Scauri* doctoribus gladiatorum accersitis. & *Quintilian* declam. 302 ibi: in ludo fuit: fuerunt & *doctores* & medici & magistri: neque tamen illo gladiatorum nomine tenentur.

1 Pulvere post unctionem luctaturi perfundebantur, ut stabiliores essent ad prehensiones. Ἀπὸ τοῦ ἅπτειν *à tangendo* hic arenam seu pulverem quo pugnantes spargi solebant, significat; unde illud *Ovidii* lib. 9. Met.

Ille cavis, bausto spargit me pulvere palmis,
Inque vicem sulvæ tactu flavescit arena.

Ubi adnota athletas invicem se pulvere sparsisse, unusque alterum luctatorum quoque arena siccat, prout sibi commoda videtur prehensio. De spargendi usu pulverem *Plutarch.* in vitâ *Pomp.* ὡς ἕτερος τὸν ἕτερον ἀναλείφειν καὶ χοῦν ἐπιπάσσειν. Ut alter ungit scilicet se in alterum, palmasque rigat pulvere. At erat volutatio quædam etiam pulverea, quâ utebantur athletæ, & meminit de Pallio *Tertull.*

2 Non respicit hoc loco *Epictetus* festum Σκιρίαν, quod olim in honorem *Bacchi* celebrabatur in urbe quâdam Arcadiæ, Alea dicta, ubi fœminæ sese insigniter ex jussu oraculi Delphici flagellabant, de quo apud *Pausan.* lib. 8. legimus; sed respicit proculdubiò hic nobilissimum illud Græciæ festum, quod singulis annis apud Lacedæmonios celebrabatur. Meminit inter alios hujus festi, Διαμαστιγώσεως dicti, *Plutarchus* in Laconicis institutis, cum inquit. οἱ παῖδες, παρ' αὐτοῖς διαμιᾶς ἡμέρας δὲ ὅλης τῆς ἱερᾶς ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος, μάχεσθαι διαπαντὸς πολλοὺς ἀλλήλοις παραπηγνύντες, ἐλαφροὶ καὶ γαῦροι, ἐμπαλάσσοντες ἀεὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν ἀθλίως, ὅταν ἀνίσχῃ ἐπιπλάσσειν τε καὶ μίσθωσιν παρεχόμενοι πολλοῖς. καὶ ὁ

παίζει, νῦν δὲ αὐλητάς, νῦν δὲ μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ. ὅτῳ γὰρ σὺ νῦν μὲ ἀθλητής, νῦν δὲ μονομάχος, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος· ὅλῃ δὲ τῇ ψυχῇ οὐδέν· ἀλλ' ὡς πίθηκος πᾶς φαίνῃ, ἐὰν ἴδῃς, μιμῇ, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου σοι ἀρέσκει. οὐ γὰρ μετὰ σκέψεως ἦλθες ἐπὶ τοῦτο, οὐδὲ προεσκεύασας· ἀλλ' εἰκῇ, καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. ὅτῳ θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκούσαντες ὅτῳ τινὸς λέγοντος, ὡς εὖ Σωκράτης λέγει. καὶ, τίς ὅτῳ δύναται εἰπεῖν, ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν.

nunc pugiles ludunt, nunc tibicines, nunc gladiatores: jam tubâ canunt, jam tragœdias repræsentant. Sic quoque tu, nunc athleta es, mox gladiator; nunc orator, deinde philosophus; toto autem animo nihil; sed tanquam simius, quodcunque videris, imitaris, aliudque ex alio tibi placet. Nec enim cum consideratione ad aliquid venisti, nec exploraſti prius; sed temerè & ex frigidâ cupiditate. Sic quidam, cum philosophum viderunt, & aliquem audiverunt ita differentem; Quàm rectè dicit Socrates! Vel sic: Quis ita differere potest ut ille? ipsi etiam philosophari volunt.

ἀσιγώμφος, ἐν τοῖς μάλιστα ἐπίδηξίς ἐστι· καλεῖται δὲ ἡ ἄμιλλα Διαμαστίγωσις· γίνεται δὲ καθ' ἕκαστον ἔτος. Et *Cicero* Tusc. 11. Spartæ vero pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut multus è visceribus sanguis exeat, nonnunquam etiam, ut cum ibi essem audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed nè ingemuit quidem. Iterum Tusc. 5. Pueri Spartiatæ non ingemiscunt, verberum dolore laniati. Lege quoque *Lucianum* de Gymn. *Tertullianum* ad Martyres cap. 4. *Pausaniam* lib. 3. Reperiuntur etiam hodie inter Romanæ fidei monarchos, qui annuâ flagellatione expiantes delicta sua, *Disciplinantes* appellantur.

ΚΕΦ. λϛ'.

[1] Ἄνθρωπε, πρῶτον θεώρησον ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα. εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι. πένταθλος εἶ βούλει, ἢ παλαιστής; ἴδε σαυτοῦ τοὺς βραχίονας, τοὺς μηρούς, τὸν ὀσφῦν κατάμαθε· ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. δοκεῖς, ὅτι ταῦτα ποιῶν, ὡσαύτως δύνασαι ἐσθίειν, ὡσαύτως πίνειν, [2] ὁμοίως δυσαρεστεῖν; ἀγρυπ-

CAP. XXXVI.

HOmo, primum consídera, cujusmodi sit res: deinde & naturam tuam inspice, num ferre possis. Quinquertio esse vis, aut luctator? adspice brachia tua & femora; lumbos considera. Aliud enim alii naturâ aptum exiſtit. Putásne, te hæc facientem eodem modo posse edere, eodem modo bibere, similiter fastidire. Vigilare oportet, labo-

---

1 Ut palæstræ & luctæ, sic philosophiæ non quemlibet esse idoneum significat: utrique opus esse patientiâ & corporis & animi. Quibus bonis qui destituatur, umbratilis potius & pugil & philosophus futurus sit, quam verus. Deterret igitur, ut apparet, homines molles & delicatos à philosophiâ? aut potius ad ejiciendam ex animo istam mollitiem adhortatur, & excitat. Ut enim scopum istum à philosophiâ propositum non attingamus:

Est aliqua prodire tenus, si non datur ultra.

Præstat partem aliquam stultitiæ & vitiositatis abjicere, quam integram utramque retinere. Proponitur ἀπάθεια, boni consulamus μετριοπάθειαν. Præstat moderatè irasci, quam furere, si iræ planè resistere non possis. Hoc idem de aliis quoque affectibus intelligatur. *Wolfius.*

2 Refero ad fastidium morosorum hominum, in cibo & potu præsertim. δὶς ἀριστᾶν, bis prandere, videtur ineptum: nisi per alterum prandium, jentaculum intelligatur, κατ' ἀκυρολογίαν. *Plato* certè epistolâ septimâ, negat quenquam posse fieri sapi-

νῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, [1] ὑπὸ παιδαρίου καταφρονηθῆναι, ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. Ταῦτα ἐπίσκεψαι, εἰ θέλεις ἀντικαταλλάξασθαι τούτων ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀταραξίαν· εἰ δὲ μὴ, πρόσεχε, μὴ, ὡς τὰ παιδία, νῦν φιλόσοφος, ὕστερον δὲ τελώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα ἐπίτροπος Καίσαρος γένῃ. Ταῦτα οὐ συμφωνεῖ. [2] ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν εἶναι· ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτοῦ,

rare, a familiaribus discedere, a servulo contemni; ubique inferiorem esse, in honore, in magistratu, in judicio, in omni negotiolo. Hæc verò considera, num pro his perturbationum vacuitatem, libertatem, tranquillitatem, permutare velis. Sin minus, cave, ne puerorum instar, nunc philosophus, deinde publicanus, postea orator denique Cæsaris procurator fias. Hæc inter se non consonant. Unum te hominem, aut bonum, aut malum, esse oportet: aut principalem tui partem te excolere oportet, aut ex-

---

entem, virtutisque compotem, δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῶντα, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, qui more Italico & Siculo, bis eodem die impleatur, & noctu nunquam solus dormiat. Quod autem antecedit, δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν: pronomen ταῦτα, sensum ambiguum facit. Sed referendum est ad philosophiam, non ad quinquertiones, quorum exempli gratia mentio incidit. Igitur ταῦτα ποιῶν, τὰ τῶν φιλοσόφων, ἤτοι φιλοσοφῶν: ea quæ philosophorum sunt, sive, si philosopheris. *Wolfius.*

Ομοίως. ὥσπερ νῦν, æque ut nunc: Philosophia (inquit) aliam vitam affert, alios mores postulat. *Wolfius.*

1 Philosophi utique contemni vulgo solent, pugiles vero sunt admirationi. *Wolfius.*

2 Mirabiliter distrahit varietas, & crebræ mutationes, ingenium. *Wolfius.*

ἢ τὰ ἐκτός· ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ τὰ ἔξω· τοῦτέστιν, ἢ φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτου.

ΚΕΦ. λζ'.

ΤΑ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ταῖς [1] σχέσεσι παραμετρεῖται. πατήρ ἐστιν; ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος. ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι. μή τι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει [2] ὠκειώθης; οὐκ· ἀλλὰ

terna: aut circa interiora occupari, aut circa exteriora; hoc est, aut philosophi statum habere, aut plebeii.

CAP. XXXVII.

OFficia in universum relationibus metienda sunt. Pater est? præcipitur, curam ejus agendam, cedendum ei in omnibus; si convicietur, si verberet, ferendum esse. Sed pater malus est. Numquid igitur natura cum bono patre conjunctus es? Non, sed cum

---

1 Variè sumitur apud Philosophos vox σχέσις. Significat in genere secundum *Simplicium* ordinem quorundam inter se ac mutuum respectum: eumque vel a naturâ institutum, vel voluntate susceptum. Illius exemplum proponit *Epictetus* in patre; hujus in vicino, cive, imperatore: sunt enim hæc ex iis, quæ *Aristoteles* τὰ πρός τι appellat, Latini *relata*; inter quæ est mutua relatio sive respectus, quem σχέσιν vocant Græci.

2 Sed & hic statim occurrit: Si pater pro hoste se gerit, cur ego me pro filio geram? In promptu est responsio: Aliena improbitas non est imitanda. At difficile est amare hostem: Difficilia, quæ pulchra. At ista laude carere malo. Tuo utique malo. Quem vero fructum ex alienæ improbitatis imitatione capis? Nullum, opinor: atque utinam non impietatis etiam, aut certe neglecti officii condemneris. Animi tranquillitate omnino carebis, morsu conscientiæ non carebis. *Wolfius.*

πρὸς πατέρα. [1] ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλά τί σοι ποιήσαιτι, καὶ φύσιν ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. [2] ὅτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν.

ΚΕΦ. λή.

Τῆς πρὸς [3] τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις

patre. Frater te lædit? Tu igitur munus tuum erga ipsum tuere: nec specta quid ille faciat, sed quid tibi facturo propositum tuum secundùm naturam adfectum erit. Te quippe alius non lædet, nisi tu velis. Tunc autem læsus eris, cùm te lædi putâris. Sic igitur a vicino, a cive, ab imperatore, officium invenies, si relationes considerare adsueveris.

CAP. XXXVIII.

Pietatis erga deos id præcipuum esse scito, rectas opiniones de illis habere, tanquam qui ex-

---

1 Conveniunt hæc verba prorsus cum illis, quæ ipse *Christus* Matth. 18. 21. & aliis locis inculcat.

2 *Stoicis* placet, quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari: homines autem hominum causâ esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint. *Cicero* Off. 1. 33.

3 *Stoici* putabant solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse. *Cicero* Acad. q. edit. 1. lib. 2. 119.

περὶ αὐτῶν ἔχειν; [1] ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως. καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο καταπεπταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἶκειν ἐν πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα, ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψη ποτὲ τοῖς θεοῖς, οὔτ' ἐγκαλέσεις, ὡς ἀμελοῦσί σου. ἄλλως τε οὐκ οἷόν τε τοῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποσπᾷς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακόν. ὡς, ἂν γέ τι ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς, ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς, οἷς μὴ θέλῃς, μέμψασθαί σε, καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον,

istant, & universa bene ac juste administrent: & ad hoc te ordinatum esse, ut illis pareas, & cedas in omnibus quæ fiunt, eáque voluntarius sequaris, ut quæ optimo consilio perficiantur. Sic enim nec culpabis unquam deos, nec incusabis, quasi neglectus. Quod quidem aliter fieri nequit, quam si ab iis desistas, quæ in nostra potestate non sunt, & in iis solis, quæ sunt in nostra potestate, bonum ac malum ponas: adeó ut, si quid illorum bonum aut malum opineris, omnino necesse sit, cum iis excideris, quæ velis, & in ea, quæ nolis, incideris, te culpare & odisse auctores. Ad hoc enim naturâ fac-

---

1 Planè eadem sententia in epistolâ ad *Hebr.* 11. 6. πιστεῦσαι δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ θεῷ ὅτι ἐστὶ (*Epict.* ὡς ὄντων eodem verbo:) καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης (in quo δικαιοσύνη ejus versatur) γίνεται hoc tantum discrimine, quod *Epictetus* pro fastigio habet, quod sanctus *Apost.* pro fundamento: quæ tamen eodem fermè redeunt; & ἀρχὴ (ut in istis, ἀρχὴ τῆς σοφίας, &c.) utrumque amplectitur.

τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι· τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι καὶ τεθαυμακέναι, ἀμήχανον ἔστι, βλάπτεσθαί τινα οἰόμενον, χαίρειν τῷ δοκοῦντι βλάπτειν· ὥσπερ καὶ τὸ αὐτῇ τῇ βλάβῃ χαίρειν, ἀδύνατον. ἔνθεν καὶ πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι, τῷ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. [1] καὶ Πολυνείκην καὶ Ἐτεοκλέα τοῦτο πολεμίους ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. διὰ τοῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεούς, διὰ τοῦτο ὁ ναύτης, διὰ τοῦτο ὁ ἔμπορος, διὰ τοῦτο οἱ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἀπολλύντες. [2] ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές.

tum eſt omne animal, ut quæ nocentia videantur, eorumque cauſas, fugiat & averſetur: illa autem quæ proſunt, eorumque cauſas perſequatur, & admiretur. Quare fieri nequit, ut, qui ſe lædi putet, eo, quod lædere videtur, gaudeat: ſicut nec ipſo detrimento gaudere ullo modo poſſumus. Hinc quoque pater convitiis à filio proſcinditur, cum his, quæ bona eſſe videntur, filium non impertit. Et Polynicen atque Eteoclem hoſtili animo hoc inter ſe diſſidere fecit, quod tyrannidem bonum eſſe putarent. Propter hoc agricola deos execratur, propter hoc nauta, propter hoc mercator, propter hoc qui uxores & liberos amiſére. Ubi enim commodum, ibi & pietas. Quare quiſquis

1 Conſule *Pauſaniam*, qui lib. nono totam horum fratrum hiſtoriam copioſe explicat.

2 O admirabilem ſententiam, atque adeo in ſpeciem impiam! ſed ita tractatam, ut & humani animi ſimulationem retegat, & religioni vix quicquam poſſit magis eſſe conſentaneum. *Wolfius*.

ὥστε ὅστις ἀμελεῖται τὸ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ τὸ ἐκκλίνειν, οὗτος καὶ τῆς εὐσεβείας ἀμελεῖται. σπένδειν δὲ, καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι [1] κατὰ τὰ πάτρια, ἑκάστοις πρέπει, καθαρῶς, [2] καὶ μὴ ὀλιγοστουμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ ῥυπαρῶς, [3] μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

ΚΕΦ. λθ'.

[4] Ὅταν μαντικῇ προσίῃς, μέμνησο, ὅτι μέν, ὡς ἀποβήσεται, οὐκ οἶδας· ἀλλὰ ἦκεις, ὡς ἀπὸ τοῦ μάντεως ἀποπευσόμενος. ὁποῖον δέ τι ἐστὶν,

curat, ut, ſicut oportet, adpetat & declinet; hoc eodem pietatis quoque curam habet. Libare autem, & ſacrificare, & primitias offerre, ſecundum ritus patrios, omnibus convenit, purè, & non ſordidè, nec negligenter; nec parcè, nec ſupra facultates.

CAP. XXXIX.

CUm ad vatem accedis, memento ignorare te, quem eventum res habitura ſit; venire autem, ut ex vate hoc audias. At, quale id ſit quod

---

1 Cum pietas in animo poſita ſit, de ritibus externis non magnopere putat eſſe laborandum. Sed jubet homines patrios ritus amplecti, qui ſupremæ poteſtatis auctoritate conſtituti ſunt, ſi nihil mali in ſe habeant.

2 Hoc loco frugalitas luxui, aut mundities ſordibus opponitur.

3 Videntur ii, qui in res divinas profuſi ſunt, ſimul & Deum corruptelæ condemnare, & ignorare quem uſum iſta in divino cultu habeant, cum primitiæ ſint eorum quæ divinitus acceperimus. *Simplic.*

4 Quibus de rebus ſint conſulendi vates dicit, & quo animo adeundi, & quo pacto reſponſis eorum ſit utendum.

ἐλήλυθας εἰδὼς, εἴπερ εἶ φιλόσοφος. εἰ γάρ ἐστί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, πᾶσα ἀνάγκη μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε κακόν. μὴ φέρε οὖν πρὸς τὸν μάντιν, ὄρεξιν, ἢ ἔκκλισιν, μηδὲ τρέμων αὐτῷ πρόσει· ἀλλὰ διεγνωκὼς, [1] ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον, ἀδιάφορον, καὶ οὐδὲν πρός σε, ὁποῖον δ' ἂν ᾖ· ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι καλῶς, καὶ τοῦτο οὐθεὶς κωλύσει· θαῤῥῶν οὖν, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου τοὺς θεούς. καὶ λοιπὸν, ὅταν τί σοι συμβουλευθῇ, [2] μέμνησο, τίνας συμβούλους παρέλαβες, καὶ τίνων παρακούσῃς ἀπειθήσας. ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ

eventurum est, sciebas, si quidem philosophus es, cùm accederes. Si enim aliquid ex iis sit, quæ in nostra potestate non existunt, necesse omnino est, neque bonum id esse, neque malum. Ad vatem igitur adpetitionem, aut declinationem, ne adferas; neque tremens eum accede: sed cum certò nôris, quidquid eventurum est, indifferens esse, & nihil ad te attinere: eo enim bene uti licebit, neque hoc quisquam vetabit: idcirco confidens ad deos, tanquam consiliarios, adi. Cæterum ubi aliquid consultum fuerit, memento quos consiliarios adsumseris, & quibus inobediens futurus sis, si

1 Hoc est, neque bonum neque malum per se, sed pro utentis animo vel bonum vel malum. Veteres *Stoici* res corporeas & externas, non bona & mala, ut cæteri mortales, sed προηγμένα producta, prælata: & ἀπεπροηγμένα rejecta, improbata nominarunt, ἀδιαφορίαν *Aristoni*, *Pyrrhoni* & *Herylle* tribuit *Cicero*, quos rerum aliquem delectum reliquisse negat. In horum igitur sententiam inclinasse videtur hic *Epictetus*. *Wolfius*.

2 Necesse est vatum, augurum, aruspicum magnam fuisse in divinando solertiam. Alioqui enim prædictiones eorum, vir tanta gravitate, pro divinis responsis non habuisset. *Wolfius*.

μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, [1] ἐφ' οἷς ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει· ἃ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης ἀφορμὴν δίδοι τοῦ γνῶναι τὸ προκείμενον. ὥστε, ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προείπῃ σοι ὁ μάντις, φαῦλα γεγονέναι τὰ ἱερά, δῆλον ὅτι ὁ θάνατον σημαίνει, ἢ πήρωσις μέρους τοῦ σώματος, ἢ φυγή. ἀλλ' ἔνι λόγος [2] καὶ σοὶ τούτοις παίσασθαι τῷ φίλῳ,

non parueris. De his autem, ut & Socrates dictitabat, vatem conſulturus veni, de quibus omnis conſultatio relationem habet ad eventum, cum nec ex ratione, nec ex ulla arte occaſiones dantur ad cognoſcendum id quod proponitur. Quare, quando unà cum amico, aut patria, periculum ſubeundum, vates non eſt conſulendus, num periculum unà ſubeundum ſit. Etenim ſi tibi vates dixerit, prava fuiſſe ſacra, manifeſtum, aut mortem ſignificari, aut membri alicujus truncationem, aut exilium. Ratio autem ſuadet etiam cum his opitulari

---

1 Subjicit hoc loco, quibus de rebus ſint conſulendi vates; iis nimirum quarum exitus ſit nobis incertus ante rem peractam: cum ex ingenio & arte, ad illas res pertinente, atque experientia, finem animo complecti, & proſpicere non poſſumus. Nemo enim vatem conſulit, an homini cibo & ſomno ſit utendum: omnino enim his eget animal. Nec an philoſophandum ſit, aut naturæ congruenter vivendum? cordato enim homini conſtat hæc eſſe utilia. *Simplic.*

2 Multa in hanc ſententiam *Cato* apud *Lucanum*, lib. 9. præclare, ut virum vere Stoicum decebat: qui etiam *Ammonis* oraculum, de eventu belli civilis, cum ejus conſulendi facultas oblata eſſet, & ſuaderent ſocii, conſulere recuſavit, quod eventum, ſeu ſucceſſum rerum, ad ſapientem, qui ſolâ ratione, (nos Chriſtiani *conſcientia*, diceremus:) niteretur, ullo modo

καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαροῦν τῷ μείζονι μάντει πρόσεχε, τῷ Πυθίῳ, [1]ὃς ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ, τὸν ὑπὲρ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ.

ΚΕΦ. μ'.

ΤΑξον τινὰ ἤδη χαρακτῆρα σαυτῷ, καὶ τύπον, ὃν φυλάξεις [2]ὅτε τε σεαυτοῦ ὢν, καὶ ἀνθρώποις συντυγχάνων.

periclitanti, & cum patriâ diſcrimen adire. Ideoque majorem vatem, Pythium, attende, qui illum è templo ejecit, qui amico, cùm interficeretur, opem non tulerat.

CAP. XL.

COnſtitue jam tibi figuram aliquam, & formam, quam, cum & ſolus es, & cum homines convenis, obſerves.

---

pertinere negaret. O fidem Chriſtiano dignam; ſed in Chriſtianis inventu raram! *Caſaub.*

1 Duo Delphos petituri in latrones inciderunt, è quibus cum alter interficeretur, alter aut fugâ elapſus, aut alioqui non opitulatus, ad Oraculum venit, e quo eum ejecit *Apollo* his verbis.

Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὰν πύλας ἐκ ἐρυμούσας,
Ἠλυθες ὃ κρατερὸς, ἀξεινέλκεος ἔξοθι σηκοῦ.
Cede meis adytis cædis reus, intereuntem
Qui ſocium non juveris, etſi proximus eſſes.

Quanquam autem conſtat, eum, quamvis voluiſſet, utique amicum periculo mortis non erepturum fuiſſe: tamen periculi ſocietas non fuit deſerenda, ſed ferendum auxilium, licet unà pereundum fuiſſet. *Simplic.*

2 Id eſt, μόνος καὶ κατ' ἰδίαν. cum ſolus, & ipſe tecum es, hoc eſt, cum nullis diſtringeris alienis cogitationibus. *Wolfius.*

Socrates certe fertur, eodem ſemper vultu & habitu fuiſſe, à quo nec lætis, nec triſtibus rebus dimoveretur, quòd unam eandemque vitæ rationem, ſuam utique, perpetuò ſequeretur. *Simplic.*

ΚΕΦ. μά.

ΚΑὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω· ἢ λαλείσθω [1] τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων. Σπανίως δέ ποτε, καιροῦ παρακολουθοῦντος, [2] ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν· ἀλλὰ περὶ οὐδενὸς τῶν τυχόντων· μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ περὶ ἱπποδρομίων, μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων, ἢ πομάτων, τῶν ἑκασταχοῦ λεγομένων. μάλιστα δὲ, μὴ περὶ ἀνθρώπων, ψέγοντες, ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες.

ΚΕΦ. μβ'.

ΑΝ μὲν οὖν οἷός τε ᾖς, μέταγε τοῖς Σοῖς λόγοις τοὺς τῶν συνόντων ἐπὶ τὸ προσῆκον.

CAP. XLI.

ET quidem silentium tene plurimùm; aut necessaria loquere, & paucis. Rarò autem, occasione quandoque invitante, ad dicendum aliquid veniemus: verùm non de quibusvis rebus; non de gladiatoribus, non de ludis Circensibus, non de athletis, non de cibis aut potionibus, quæ vulgò in sermonem veniunt; maximè autem nihil de hominibus vituperantes, aut laudantes, aut comparantes.

CAP. XLII.

SI igitur possis, sermonibus tuis illorum qui tecum sunt sermones ad decentem modum traducito.

---

1 Formam eorum de quibus sit dicendum compendio descripsit: ea esse necessaria oportere, cum ad vitam degendam naturæ animi consentaneam, tum ad usum animantis. *Simplic.*

2 Si quando autem, inquit, pluribus etiam verbis erit opus, hoc enim sibi volunt verba: *ad dicendum aliquid veniemus.* Non respondendo tantum, aut interrogando; sed perpetuam orationem habendo; &c. *Simplic.*

[1] εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀπολειφθεὶς τύχοις, σιώπα.

ΚΕΦ. μγ'.

ΓΕλως μὴ πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

ΚΕΦ. μδ'.

ΟΡκον παραίτησαι, [2] εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μὴ, ἐκ τῶν ἐνόντων.

ΚΕΦ. με'.

Εστιάσεις τὰς [3] ἐξωτικὰς, καὶ ἰδιωτικὰς διακρούου, ἐὰν δέ ποτε γένηται καιρὸς, ἐντετάσθω σοι

Quid si inter extraneos derelictus fueris, tace.

CAP. XLIII.

RIsus neque multùs sit, neque ob multa, neque solutus.

CAP. XLIV.

JUsjurandum recusa, si fieri potest, prorsus: sin minus, quantum potes.

CAP. XLV.

COnvivia extranea & vulgaria respue. Quod si quando tempus incidat, attentio tibi exci-

---

1 Τοὺς ἀλλοφύλους τοῖς οἰκείοις opponit: & eos intelligit homines, quos pro authoritate monere non licet. *Wolfius.*

2 Quotidiana & non necessaria juratio ab ipso *Christo* prohibita est; *Nè jurate omninò*; & ab ejus Apostolo B. *Jacobo*; *Antè omnia nè jurate.* Omne enim juramentum vitandum est, ubi conservandæ humanæ societatis necessitas, veritatis manifestatio, & fidei confirmatio, non videntur ipsius usum aliquo modo efflagitare.

3 Scilicet κοῦ ἰδίου οἴκου, foris extra tuas ædes, τὰς ἰδιωτικὰς, τὰς ἀφιλοσόφους, convivia plebejorum hominum inerudita, quæ nihil cum philosophiâ commune habent, nec commercii quicquam. *Wolfius.*

[1] ἡ προσοχὴ, μήποτε ἄρα ὑποῤῥυῇς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ, ὅτι, ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν σωζόμενον ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ᾖ τύχῃ καθαρός.

ΚΕΦ. μϛ'.

ΤΑ περὶ τὸ σῶμα, μέχρι τῆς χρείας ψιλῆς προσλάμβανε· οἷον, τροφὰς, πόμα, ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν· τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ἅπαν περίγραφε.

ΚΕΦ. μζ'.

ΠΕρὶ ἀφροδίσια, εἰς δύναμιν, πρὸ γάμου καθαρευτέον· ἀπολαύοντι δὲ, [2] ὡς νόμιμόν ἐστι,

tetur, ne in vulgarem ſtatum prolabaris. Scias enim, ſi ſocius pollutus fuerit, etiam converſantem eum eo pollui neceſſe eſſe, quamvis hic purus fuerit.

CAP. XLVI.

EA quæ ad corpus pertinent, ad nudum uſum adſume: ut, cibos, potum, veſtitum, domum, familiam. Id autem omne, quod ad oſtentationem, aut delicias pertinet, circumſcribe.

CAP. XLVII.

CIrca rem veneream, quantum fieri poteſt, ante nuptias purum eſſe oportet: qui autem

1 Excitetur, inquit, animadverſio, & vigilet animus, ſeque intra ſemetipſum contineat: ne ſe ipſo relicto, & popularibus cupiditatibus æſtuans, ad populi quaſi tribum deficiat & unà cum vulgo brutis appetitibus inquinetur. *Simplic.*

2 Adoleſcentibus fas fuit cum extraneis mulieribus rem habere, nè filias ſuorum civium vitiarent: eâ de causâ meretrices appellabantur ξέναι, ſive *peregrinæ mulieres*. Paſſim autem in ſacrâ ſcripturâ prohibita eſt talis licentia.

μεταλημπέον. μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς χρωμένοις, [1] μηδὲ ἐλεγκτικὸς· μηδὲ πολλαχοῦ τὸ, ὅτι αὐτῷ οὐ χρῇ, ὡς διάφερε.

ΚΕΦ. μή.

ΕΆν τίς σοι ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα· ἀλλ' ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα πρόσοντα μοι κακά, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.

CAP. XLVIII.

SI quis tibi nunciet: Hic tibi maledicit; ne refuta ea quæ dicta ſunt, ſed reſponde: Ignorabat enim cætera quæ mihi adſunt vitia, alioqui non ſola hæc dixiſſet.

ΚΕΦ. μθ'.

ΕΙς τὰ θέατρα τὸ πολὺ παιέναι, οὐκ ἀναγκαῖον. εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ ζηλοῦν φαίνου, ἢ σεαυτῷ· τουτέστι, [2] θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ

CAP. XLIX.

IN theatra ſæpe prodire, non eſt neceſſe. Quod ſi quando tempus incidat, nulli ſtudere videaris præterquam tibi; hoc eſt, velis fieri ſola ea quæ

hanc attingit, prout lege conſtitutum eſt, percipere debet. Ne ſis tamen moleſtus utentibus, neque eos redarguas; neque ſæpius objice, te eâ non uti.

---

1 Chriſtiana charitas & peccantes arguit, & contumaces vitari jubet. *Wolfius.*

2 Hoc eſt, ut nec appetitionem, nec declinationem ad illa afferamus, ut quæ res externæ ſint. *Simplic.*

γινώσθω, καὶ νικᾶν μόνον τὸν νικῶντα. ὕπνω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. βοῆς δὲ, καὶ τῆς ἐπιγελᾶν τινι, ἢ ἐπιπολὺ ἐπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχου. καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γενομένων διαλέγου, ἐὰν μὴ φέρει πρὸς τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν. ἐμφαίνεται γὰρ ἐκ τοῦ τοιούτου, ὅτι [1] ἐθαύμασας τὴν θέαν.

ΚΕΦ. ι'.

Εἰς ἀκροάσεις [2] τινῶν μὴ ἴκει· μηδὲ ῥᾳδίως πάρει. παρὼν δὲ, σεμνὸν, καὶ εὐσταθὴς, καὶ ὀλίγα ἀνέπαχθὴς φύλασσε.

fiunt, & vincere ſolum qui vincit. Sic enim non impediéris. Adclamatione autem, & riſu ſuper aliqua re, aut diuturniore commotione, penitus abſtine. Et poſtquam diſceſſiſti, multa de iis quæ facta ſunt ne diſſere, quæ ad tui correctionem non conducunt. Ex eo enim adparet, te eſſe admiratum ſpectaculum.

CAP. L.

AD recitationes aliquorum ne accede, nec facile prodi. Quod ſi prodeas, gravitatem ac conſtantiam ſerva; ac ſimul vide, ne cui ſis moleſtus.

---

1 Hoc eſt, animo eſſe levi, & futilium rerum ſtudioſo. *Horatius*;

Nil admirari, prope res eſt una, Numici,
Solaque, quæ poſſit facere & ſervare beatum. Wolfius.

2 Rectè τινῶν & modeſtè: erant enim ἀκροάσεις, ſeu ἀκροάσεις quorundam illuſtrium philoſophorum. Τινῶν igitur hoc loco ſignificat eos, qui ad ſolam ingenii & eloquentiæ oſtentationem & captandum plauſum recitabant: quales, *Rhetores*, & *Poetæ*; ut *Simplicius* exponit.

ΚΕΦ. να'.

Ὅταν τινὶ μέλλῃς συμβάλλειν, μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, προβαλοῦ σαυτῷ, [1] τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης, ἢ Ζήνων· καὶ οὐκ ἀπορήσεις, τί χρήσασθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι.

CAP. LI.

COnventurus aliquem, eorum maximè qui eminere videntur, tibiipsi propone, quid in hoc feciſſet Socrates, aut Zeno: nec incertus hærebis, quomodo convenienter eo quod inciderit utaris.

ΚΕΦ. νβ'.

Ὅταν φοιτᾷς πρός τινα τῶν μέγα δυναμένων, προβαλοῦ, ὅτι οὐχ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀπεκλείσθη, ὅτι οὐκ ἀνοιχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι οὐ φροντιεῖ σου. καὶν σὺν τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἦν τοσούτου. ἰδιωτικὸν γὰρ, καὶ ἀνθρώπου πρὸς τὰ ἐκτός.

CAP. LII.

CUm adieris aliquem eorum qui magna poſſunt, propone tibi, fieri poſſe ut intus ipſum non invenias, ut excludaris, ut fores tibi non aperiantur, ut nullam tui rationem habeat. Quod ſi cum his venire officii tui ſit, fer ea quæ fiunt, nec unquam ipſe tibi dicas: Non erat ille tanti. Hoc quippe plebejum eſt, & hominis ad externa abjecti.

---

1 Id ex utriuſque dictis & factis colligere licet, quoniam ſcripta neutrius habemus. Sed niſi eruditione & conſtantiâ utriuſque præditus fueris, malè tibi vertet inepta imitatio: & fortaſſe nè illi quidem ubique decorum conſervarunt. *Wolfius.*

ΚΕΦ. νγ'.

ΕΝ ταῖς ὁμιλίαις ἀπέχῃ, τὸ τινὰ τῶν ἑαυτῦ ἔργων, ἢ κινδύνων, ὅπῃ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. οὐ γὰρ ὡς σοὶ ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σοι συμβεβηκότων ἀκούειν.

CAP. LIII.

IN congressibus absit, ut quædam tuorum operum, aut periculorum, frequenter & immodicè memineris. Non enim, quemadmodum tibi periculorum tuorum meminisse jucundum est; ita & aliis jucundum est, ea quæ tibi acciderint audire.

ΚΕΦ. νδ'.

ΑΠέχῃ δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν. ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος εἰς [1] ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἰσχνὸς τὴν αἰδῶ τὴν πρός σε τῶν πλησίον ἀνιέναι.

CAP. LIV.

ABsit etiam, ut risum moveas. Lubricus enim hic locus est, quo in plebejam consuetudinem labaris, & simul solus potest proximorum erga te verecundiam remittere.

ΚΕΦ. νε.

ΕΠισφαλὲς δὲ, καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ,

CAP. LV.

PEriculosum quoque est, ad sermonis obscœnitatem progredi. Cùm igitur hujusmodi ali-

1 Vide finem capitis 36. ubi auditorem suum *Epictetus* longè semotum esse vult a loco & ordine hominis plebeij. Inspiciatur & cap. 71. in quo, τίνες & χαρακτὴρ ἰδιώτου describitur. *Sneganus.*

ὀπίπληξον τῷ [1] προελθόντι· εἰ δὲ μὴ, τῷ γε ἀποστιωπῆσαι, καὶ ἐρυθριᾶσαι, καὶ συνδραπῆσαι. δῆλος γὰρ δυσχεραίνων τῷ λόγῳ.

ΚΕΦ. νϛ'.

ΕΑν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, φύλαξαι σεαυτὸν, μὴ συναρπασθῇς ὑπ' αὐτῆς· ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀναβολήν τινα πρὸς σεαυτὸν λάβε. ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὃν τε ἀπολαύσεις τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ' ὃν ἀπολαύσας, ὕστερον μετανοήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτὸν λοιδορήσεις. καὶ τούτοις ἀντίθες, ὅπως ἀποχόμενος χαρήσεις, καὶ ἐπαινέσεις αὐτὸς σεαυτόν. ἐὰν δέ σοι

quid acciderit, si quidem tempestivum sit, increpa eum qui in obscœnitatem progressus est: quod si non possis, at conticendo, & erubescendo, & supercilium contrahendo, manifestum sit, te sermonem istum moleste ferre.

CAP. LVI.

SI voluptatis cujuspiam imaginem animo concipias, serva teipsum, ne ab ipsâ unà abripiaris: sed expectet te res ista, & moram aliquam à te capiat. Deinde memento utriusque temporis, tum illius quo voluptate fruéris, tum alterius, quo, postquam fructus es, pœnitentiâ deinde ducéris, & ipse te increpabis. Atque his oppone, quomodo, si abstinueris, gavisurus sis, & ipse te laudaturus.

1 Προελθόντι, scilicet εἰς αἰσχρολογίαν.

καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ ἔργου, [1] πρόσεχε μὴ νικήσῃ σε τὸ προσηνὲς αὐτοῦ, καὶ ἡδὺ, καὶ ἐπαγωγόν· ἀλλ' ἀντιτίθει, πόσῳ ἄμεινον τὸ συνειδέναι σαυτῷ ταύτην τὴν νίκην νενικηκότι.

ΚΕΦ. νζ'.

ΟΤαν τὶ, διαγνοὺς ὅτι ποιητέον ἐστὶ, ποιῇς, μηδέποτε φύγῃς ὀφθῆναι πράσσων αὐτὸ, κἂν ἀλλοῖόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. [2] εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ τὸ ἔργον φεῦγε· εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας, οὐκ ὀρθῶς;

Si autem tempus tibi visum fuerit opus adgrediendi, cave ne te vincant ejus blanditiæ, & suavitates, & illecebræ: Sed oppone, quanto satius sit conscire sibi hanc victoriam adepto.

CAP. LVII.

CUm facis aliquid, quod faciendum judicasti, nunquam fugias conspici id faciens; etiamsi aliud quidpiam de eo multi opinaturi sint. Si enim non rectè id facis, ipsum opus fuge: sin rectè, quid metuis non rectè reprehendentes?

---

1 Quis autem vel eum jure reprehenderit, qui in eâ voluptate velit esse, quâ nihil molestiæ consequatur, vel illum, qui dolorem eum fugiat, quo voluptas nulla pariatur? At verò eos & accusamus, & justo odio dignissimos ducimus, qui blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores, quas molestias excepturi sint, occæcati cupiditate non provident. *Cicero* de finibus. lib. 1. 26.

2 Cynica impudentia, in propatulo faciendi ea quæ naturæ fert necessitas, *Epicteto* non probatur. Vult tamen philosophum austeriorem esse, quam *Cicero*: qui monet, aliorum judicio permulta nobis & facienda & non facienda, & mutanda & corrigenda esse. Cui rectiùs parebit, qui Stoïcam animi constantiam nondum est assequutus. *Wolfius.*

ΚΕΦ. νή.

Ὡς τὸ, [1] ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον, [2] μεγάλην ἔχει ἀξίαν· πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον, ἀπαξίαν. οὕτω καὶ τῶν προκειμένων τὰ μείζω ἑλεῖν, πρὸς μὲν τὸ σῶμα μεγάλην ἔχει ἀξίαν· πρὸς δὲ τὰ κοινὰ ἐν ἑστιάσει, οἷον δεῖ, φυλάξαι, ἀπαξίαν ἔχει. ὅταν οὖν συνεσθίῃς ἑτέρῳ, μέμνησο, μὴ μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν τῶν προκειμένων ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἑστιάτορα οἵαν δεῖ φυλαχθῆναι.

CAP. LVIII.

QUemadmodum hoc: Aut dies eſt, aut nox eſt; ad disjunctum magnam habet dignitatem; ad conjunctum autem, indignitatem: Sic etiam, ex adpoſitis majorem partem capere, magnam quidem erga corpus habet dignitatem; ad ſervandam autem, qualem oportet, in convivio communionem, indignitatem habet. Cùm igitur cum alio convivaris, memento, non tantùm adpoſitorum erga corpus dignitatem ſpectare; ſed etiam, qualem oporteat dignitatem erga convivatorem ſervari.

---

1 Ita legiſſe videtur *Simplicius*, ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νύξ ἐστιν. Sicut propoſitio hæc, *aut dies eſt, aut nox eſt*, in disjunctione valet, & abſolutè vera eſt, in complexione autem, uti ſi dixero *nunc temporis dies eſt*, aut, *nunc temporis nox eſt*, non valet, nimirum quia utraque propoſitio falſa eſſe poterit; ita & hoc, *aut edendum eſt, aut non eſt edendum*, verißimum eſt, nec quiſquam, ſive multum, ſive parum edat, contra mores & honeſtatem peccat; quia utrobique forſan ſanitati ſuæ conſulit: at in convivio, adjunctis ſcil. circumſtantiis, in utroque caſu facilè quis erraverit; nam ſi modicè edat, corpori forſan ſuo, ſi liberius, convivatori injurius erit: & aut ſanitas corporis, aut convivii communitas periclitabitur. *Fellus.*

2 Μεγάλην ἔχει ἀξίαν, id eſt, *verißima eſt propoſitio* ſive *aſſertio*: unde ἀξίωμα.

ΚΕΦ. ιθ'.

ΕΑν ὑπὲρ δύναμιν [1] ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, ἢ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας, καὶ ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, παρέλιπες.

ΚΕΦ. ξ'.

ΕΝ τῷ περιπατεῖν καθάπερ προσέχεις, μὴ ὀπίσθης ἥλῳ, ἢ στρέψῃς τὸν πόδα σου· οὕτω πρόσεχε, μὴ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν βλάψῃς τὸ σεαυτοῦ. καὶ τοῦτ' ἂν ἐφ' ἑκάστου ἔργου φυλάσσωμεν, ἀσφαλέστερον ἁψόμεθα τοῦ ἔργου.

ΚΕΦ. ξά.

ΜΕτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, [2] ὡς ὁ πούς ὑποδήματος. ἐὰν μὲν οὖν ὅπερ τούτου ᾖς,

CAP. LIX.

SI quam personam supra vires induisti, & indecorè te in eâ gessisti, & quam sustinere potuisses, omisisti.

CAP. LX.

IN ambulando quemadmodum caves, ne clavum calces, aut pedem tuum distorqueas: sic cave, ne quoque principalem tui partem lædas. Et hoc si in quovis opere observaverimus, cautius opus adgrediemur.

CAP. LXI.

MOdus possessionis unicuique corpus est, sicut pes calcei. Si igitur in hoc consistas,

---

1 Quemque personam se dignam jubet eligere, & non aspirare ad altiora.

2 Ita *Horatius* Epist. 7. lib. 1:

Metiri se quemque suo modulo, ac pede, verum est.

φυλάξεις τὸ μέτρον· ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνῶ λοιπὸν ἀνάγκη σε φέρεσθαι. καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος, ἐὰν ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπερβῇς, ἔστι κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα [1] πορφυροῦν, εἶτα [2] κεντητόν. τοῦ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὅρος οὐδείς ἐστιν.

ΚΕΦ. ξϐ'.

Αἱ γυναῖκες, εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν, ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. τοιγαροῦν ὁρῶσαι, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν αὐταῖς πρόσεστι, μόνον δὲ συγκοιμᾶσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἄρχονται καλλωπίζεσθαι, καὶ ἐν τούτῳ πάσας ἔχειν τὰς ἐλπίδας. προσέχειν οὖν ἄξιον, ἵνα αἰσθωνται, διότι ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ τιμῶνται,

modum ſervabis; ſin tranſieris, tanquam per præceps poſtea te ferri neceſſe eſt. Quemadmodum & in calceo; ſi ultra pedem tranſieris, fit ille deauratus, poſtea purpureus, deindo interpunctus. Illius enim, quod ſemel modum exceſſit, nullus eſt terminus.

CAP. LXII.

MUlieres ſtatim à quartodecimo anno à viris dominæ vocantur. Videntes igitur, nihil aliud ſibi adeſſe, præterquam cum viris concumbere, ornare ſe incipiunt, & in hoc ſpes habere omnes. Operæ ergo pretium eſt ſtudere, ut ſentiant, non ob aliud quidquam honorem ſibi haberi,

1 Tanta fuiſſe videtur apud Romanos in conficiendis calceis purpureis & interpunctis curioſitas, ut auratis etiam præferrentur. *Simplic.*

2 Sive artificioſè diſſectos, ſive pictos, ſive gemmis aut imaginibus interpunctos calceos ſignificare videtur. Ex *Wolfio.*

ἢ τῷ κόσμιον φαίνεσθαι, καὶ αἰδήμονες ἐν σωφροσύνῃ.

ΚΕΦ. ξγ'.

ΑΦυΐας σημεῖον, τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα· οἷον, ὅτι πολὺ γυμνάζεσθαι, ὅτι πολὺ ἐσθίειν, ὅτι πολὺ πίνειν, ὅτι πολὺ ἀποπατεῖν, ὀχεύειν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον· περὶ δὲ τὴν γνώμην ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή.

ΚΕΦ. ξδ'.

ΟΤαν τίς σε κακῶς τι ποιῇ, ἢ κακῶς σε λέγῃ, μέμνησο, ὅτι, [1] καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος,

quam quod decoræ videantur, & verecundæ in pudicitia.

CAP. LXIII.

NUllius ingenii ſignum eſt, corporis ſtudio immorari; ut exerceri diu, edere diu, diu bibere, diu cacare, coire. Sed obiter hæc ſunt facienda: circa mentem autem omnis tua ſit animadverſio.

CAP. LXIV.

CUm tibi quid male quiſpiam facit, aut tibi maledicit, memento, illum ſuo ſe officio fungi

---

1 Idem & *Pleth*o monet & accuſandos nos ipſos eſſe, qui aliud perſuadere, atque alios in noſtram ſententiam perducere non poſſimus. At dices forſan, ſæpè ſciunt injurii & maledici homines, improba & ſe indigna eſſe quæ faciunt. Reſpondet *Epictetus*: Tanto igitur pejores & miſeriores ſunt ipſi: tu verò neque pejor, neque miſerior. Imo eorum improbitas mihi frandi eſt, quod exiſtimationem meam lædunt, quod fortunas imminuunt, quod corpus vi aut veneficio affligunt, quod obſtant commodis? Reſpondebit *Epictetus*, iſta non tua eſſe, ſed aliena, & nihil ad te attinere. *Wolfius*.

ποιεῖ, ἢ λέγει. οὐχ οἷόν τε οὖν ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῷ σοι φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ. ὥστε, εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται, ὅς τις καὶ ἐξηπάτηται. καὶ γὰρ [1] τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον, ἄν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος, οὐ τὸ συμπεπλεγμένον βλάπτεται, ἀλλ' ὁ ἐξαπατηθείς. ἀπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενος, πρᾴως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα. ἐπιφθέγγου γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ, ὅτι, ἔδοξεν αὐτῷ.

ΚΕΦ. ξέ.

ΠΑν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς· τὴν μὲν φορητὴν, τὴν δὲ ἀφόρητον. ὁ ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇ, ἐντεῦθεν

arbitrantem, facere, aut dicere. Non poteſt ergo fieri, ut ille, quod tibi videtur, ſequatur; ſed, quod ſibiipſi. Quare ſi male hoc ipſi videtur, ipſe læditur, qui & deceptus eſt. Etenim verum conjunctum ſi quiſquam falſum arbitretur, non conjunctum læditur, ſed qui eſt deceptus. Si ab his igitur movearis, leniter adfectus eris erga convitiantem. Quare cuique rei verbis ſubjice; viſum eſt ipſi.

CAP. LXV.

UNaquæque res duas habet anſas: unam tolerabilem, alteram intolerabilem. Frater ſi inju-

1 Ei enim damnum eſſe datum qui deceptus ſit, & non ei de quo ſit deceptus; evidenter exemplo connexi demonſtrat: veluti: *Si dies eſt, ſol ſupra terram verſatur*: hoc ſi quis falſum putet, non ipſum connexum damnum facit, cui ſua conſtat veritas; ſed is qui falſum de eo ſentit. Sic etiam qui ſecus ac decet, tibi conviciatur aut malefacit, ſibiipſi nocet, non tibi. Externa enim incommoda quæ habentur, corpori aut rebus externis incommodant: quare nec ipſi propriè incommodant. Opinionis autem error, animi deceptio eſt, in quo natura ejus ſita eſt, quæ ei noceat. *Simplic.*

αὐτὸ μὴ λάμβανε, ὅτι ἀδικεῖ· αὕτη γὰρ ἡ λαβή ἐστιν αὐτῷ ἀφορητός· ἀλλ' ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφός, ὅτι σύντροφος· καὶ λήψῃ αὐτὸ, καθ' ὃ φορητόν ἐστιν.

ΚΕΦ. ξϛ'.

Οὗτοι δὲ οἱ λόγοι ἀσύναχτοι. ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἐγώ σου ἄρα χρείαων. ἐγώ σου λογιώτερος, ἐγώ σου ἄρα χρείαων. ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συναχτοί. ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι, ἡ ἐμὴ ἄρα κτῆσις τῆς σῆς χρείαων. ἐγώ σου λογιώτερος, ἡ ἐμὴ ἄρα λέξις τῆς σῆς χρείαων. [1] σὺ δέ γε οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις.

rius sit; inde hanc rem ne prende, quod injurius est; hæc enim ipsius ansa est, non est tolerabilis: sed inde potiùs, quod frater est, quod tecum educatus: & prendes eam quâ est tolerabilis.

CAP. LXVI.

HÆ orationes non cohærent: Ego sum ditior te, ergo sum te melior: ego sum facundior te, ergo sum te melior. Sed istæ magis cohærent: Ego sum ditior te, mea igitur possessio, quàm tua, melior est: ego te facundior, mea igitur dictio, quàm tua, melior. Tu autem nec possessio es, nec dictio.

---

1 Dices esto: sed propter opes, eloquentiam, potentiam magnificor. Illud ipsum reprehendit *Epictetus*, qui solam sapientiam & virtutem magnificiendam censet. Quis verò, nisi homo pessimus & abjectissimus adulator, magnificet *Neronem Cæsarem*, quamvis præter opes & imperium, disertum, poëtam & musicum? Sani hominis animus abhorret ab iis probandis, quorum nota est vel stultitia, vel improbitas: utut propter fortunæ munera & pravam consuetudinem honos iis in speciem sit habendus ac deferendus. *Wolfius.*

ΚΕΦ. ξζ.

[1] Λούεταί τις ταχέως; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ταχέως. πίνει τις πολὺν οἶνον; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πολύν. πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα, πόθεν οἶδα, εἰ κακῶς; ὅπως δὲ συμβήσεταί σοι, ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλαις δὲ [2] συγκατατίθεσθαι.

CAP. LXVII.

LAvat quis citò? ne dicas, malè; ſed, citò. Bibit quis multum vini? ne dicas, malè; ſed, multum. Priuſquam enim dijudicâris iſtam opinionem, unde nôſti, num malè? Sic igitur tibi accidet, alia quidem viſa certò comprehenſa habere, aliis aſſentire.

---

1 Quid ſi ταχέως referatur ad tempus edendi? cito enim poſt ſumptum cibum lavare turpiſſimi moris eſſe cenſebatur. Unde *Horatius* 1. Ep. 6. *Crudi tumidique lavemur.*

2 *Arrian.* pag. 108. 224. ὦ ἄνθρωποι, συγκατάθεσθαι, ὅτι οὐδὲν συγκατατίθεται. Huc faciunt ea quæ leguntur apud *Aulum Gellium*, libro 19. cap. 1. Viſiones animi, quas φαντασίας Philoſophi appellant, quibus mens hominis prima ſtatim ſpecie accidentis ad animum rei pellitur, non voluntatis ſunt, neque arbitrii, ſed vi quadam ſua inferunt ſeſe hominibus noſcitandæ. Probationes autem quas συγκαταθέσεις vocant, quibus eadem viſa noſcuntur ac dijudicantur, voluntariæ ſunt, fruntque hominum arbitratu. Propterea quum ſonus aliquis formidabilis aut è cœlo, aut ex ruina, aut repentinus neſcius periculi nuncius, vel quid aliud ejuſmodi factum; ſapientis quoque animum pauliſper moveri & contrahi & palleſcere neceſſe eſt; non opinione alicujus mali præcepta, ſed quibuſdam motibus rapidis & inconſultis officium mentis atque rationis prævertentibus: mox tamen ille ſapiens ibidem τὰς τοιαύτας φαντασίας, viſa iſthæc animi ſui terrifici non approbat: hoc eſt, οὐ συγκατίθεται, οὐδὲ προσαποδέχεται; ſed abjicit reſpuitque, nec ſi metuendum eſſe in his quicquam videtur.

ΚΕΦ. ξη'.

Μηδαμῶ σεαυτὸν εἴπῃς φιλόσοφον, μηδὲ λάλει τὰ πολλὰ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων. οἷον, ἐν συμποσίῳ μὴ λέγε, πῶς δεῖ ἐσθίειν· ἀλλ' ἔσθιε, ὡς δεῖ. μέμνησο γάρ, ὅτι ὕτως ὁ Σωκράτης πανταχόθεν ἀφῃρεῖτο τὸ ἐπιδεικτικόν. ἤρχοντο γοῦν αὐτὸν, βουλόμενοι φιλοσόφοις ὑπ' αὐτοῦ συνδιατρίβειν· καὶ ἐκεῖνος ἀπῆγεν αὐτούς. ὕτως ἠνείχετο παροράμενος.

ΚΕΦ. ξθ'.

Ὥστε καὶ περὶ θεωρήματός τινος ἐν ἰδιώταις ἐμπίπτῃ λόγος, σιώπα τὸ πολύ. μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος, εὐθὺς ἐξεμέσαι, ὃ οὐκ ἔπεψας. καὶ ὅταν

CAP. LXVIII.

NUſquam teipſum dic philoſophum, nec loquere multum inter rudes de theorematis. Velut, in convivio ne dic, quomodo oporteat edere; ſed ede, ſicut oportet. Memento enim, ſic quoque Socratem undecunque ſuſtuliſſe oſtentationem. Veniebant ad ipſum, qui philoſophis ab ipſo commendari vellent; atque ipſe illos abduxit. Sic neglectus ſuſtinebat.

CAP. LXIX.

QUare ſi apud rudes de theoremate ſermo incidat, tace plurimum. Magnum quippe periculum eſt, ne ſtatim evomas, quod non concoxeris.

1 *Socrates* cum a vecordibus quibuſdam contemneretur, qui ab eo ſe aliis præceptoribus commendari volebant, eos abduxit, & Sophiſtis commendabat; ſicut *Hippocratem Apollodori* filium *Protagoræ* &c. *Fellus ex Simplic.*

εἴπῃ σοί τις, ὅτι οὐδὲν οἶδα, καὶ σὺ μὴ ἀλγήσῃς, τότε ἴσθι, ὅτι ἤρξεις τοῦ ἔργου. ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα, οὐ χόρτον φέροντα, τοῖς ποιμέσιν ἐπιδείκνυει, πόσον ἔφαγεν· ἀλλὰ τὴν νομὴν ἔσω πέψαντα, ἔρια ἔξω φέρει, καὶ γάλα. καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν πεφθέντων τὰ ἔργα.

ΚΕΦ. ὁ.

Ὅταν ἀρτελῶς ἡρμοσμένου ἦς κατὰ τὸ σῶμα, μὴ χαλεπαίνου ἐπὶ τούτῳ. μηδ', ἂν ὕδωρ πίνῃς, ἐκ παντὸς ἀφορμῆς λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. καὶ ἂν ἀσκησαί ποτε θέλῃς σεαυτόν, καὶ μὴ τοῖς ἔξω [1] μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε. ἀλλὰ δι' ὧν

Et si quis tibi dixerit, nihil te scire, nec tamen tu mordearis; tunc scito te opus inchoâsse. Quandoquidem & oves, non gramen ferentes, pastoribus monstrant, quantum comederint; sed pabulo intus concocto, lanas atque lac proferunt. Et tu igitur, ne rudibus theoremata ostende; sed ab his concoctis, opera.

CAP. LXX.

CUm perfectè composito fueris corpore, ne tibi ob id place: nec, si aquam bibas, ex quavis occasione dic; quod aquam bibis. Quod si quando tolerantiam te exercere velis, tibiipsi, & non externis; ne statuas amplectere. Sed si quando ve-

1 Inter alia veteris ἀνάνευσις sive exercitii ad domandum aut durandum corpus excogitati genera; istud etiam quo corpus frigori ferendo assueſceret, satis usitatum, ut vigente & rigente hyeme nudi statuas sive æneas, sive marmoreas medias amplecterentur, & ita diu status esset. Ad hoc spectaculum populus, qui casu transirent, aliique mirantes convolare soliti; & id fortasse magis spectabant isti *Pseudoasceta*, ut aliis admira-

πότε σφοδρῶς, ἐπίσπασαι ψυχροῦ ὕδατος, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς.

ΚΕΦ. οά.

ΙΔιώτου στάσις, καὶ χαρακτήρ· οὐδέποτε ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷν ὠφέλειαν, ἢ βλάβην· ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. φιλοσόφου στάσις, καὶ χαρακτήρ· [1] πᾶσαν ὠφέλειαν, καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷν.

hementer ſitieris, frigidam hauſtam exſpuito, ac nemini dicito.

CAP. LXXI.

PLebeji ſtatus, & figura: nunquam à ſeipſo expectare emolumentum, aut detrimentum; ſed ab externis. Philoſophi ſtatus, & figura: omne emolumentum, & detrimentum expectare à ſeipſo.

---

tioni eſſent; quam ut corpus injuriis frigoris aſſueſacerent. Huic igitur κενοδοξίᾳ *Epictetus*, qui omnia ad conſcientiam, nihil ad famam & vulgi opinionem referret, ut iret obviam, ſuadet hic ut ſi quis exercendæ *tolerantiæ* (id enim vult hic πόνος, non quod interpretes, labor:) cupiditate teneatur, non *ſtatuas* (ad ſpectaculum:) *amplectatur*; ſed poſt diuturnam a potu abſtinentiam, cum jam vehementior ſitis aridas infeſtat fauces; aquam frigidam diutius in ore contineat; & eandem poſtea, nemine præſente ac conſcio, ex ore exſpuat: quod ſane magnum tolerantiæ & temperantiæ documentum. Hæc ex *Diog. Laërtio*, in vita *Diogenis*; ex *Plutarch.* in *Apophthegmatibus*; ex alio non uno vetere ſcriptore diſcimus. Conſulendus περὶ ἀσκήσεως in genere *Arrianus* lib. 3. cap. 12. ubi etiam idem quod hic exemplum: ſed & lib. 4. cap. 5. ubi iſtum *amplectendarum ſtatuarum* morem ut inhumanum, & feritatis potius, quam tolerantiæ quæ hominem philoſophum deceat, argumentum ſuggillat. Cæterùm, quod *Epicteto* hic tribuitur; (continendæ ſcil. in ore aquæ conſilium:) ab *Arriano*, *Apollonio* adſcribitur. *Caſaub.*

1 Utilitatem, ſi recte ſentiat, & naturæ congruenter vivat; damnum, ſi contra.

Nos vero & ponimus & ſumimus ſecures
Arbitrio popularis auræ. Horatius.

ΚΕΦ. οβ'.

ΣΗμεῖα προκόπτοντος· [1] οὐδένα ψέγει, οὐδένα ἐπαινεῖ, οὐδένα μέμφεται, οὐδενὶ ἐγκαλεῖ, οὐδὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ὡς ὄντος τινὸς, ἢ εἰδότος τι. ὅταν ἐμποδισθῇ τι, ἢ κωλυθῇ, ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ. κἂν τις αὐτὸν ἐπαινῇ, καταγελᾷ τοῦ ἐπαινοῦντος αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ· κἂν ψέγῃ, οὐκ ἀπολογεῖται. περίεισι δὲ, καθάπερ οἱ ἄῤῥωστοι, εὐλαβούμενός τι κινῆσαι τῶν [2] καθισταμένων, πρὶν πῆξιν λαβεῖν. [3] ὄρεξιν ἅπασαν ἦρκεν ἀφ' ἑαυτοῦ· τὴν δ' ἔκκλισιν εἰς μόνα τὰ παρὰ

CAP. LXXII.

SIgna proficientis ſunt: Neminem vituperat, neminem laudat, de nemine queritur, neminem incuſat; nihil de ſeipſo dicit, ut qui aliquis ſit, aut aliquid ſciat. Cum in re quapiam impeditur, aut prohibetur, ſeipſum incuſat. Et ſi quis ipſum laudet, deridet laudantem ipſe ſecum; & ſi vituperet, non ſe purgat. Circumit autem, infirmorum inſtar, metuens ne quid eorum, quæ conſiſtunt, moveat, priuſquam ſolidetur. Adpetitionem omnem à ſeipſo ſuſtulit: declinationem autem

---

1 Scilicet curioſitate aliquâ rerum alienarum, aut cæco ſui amore impulſus. *Agrippinum* laudat ipſe *Epictetus*: ſed cur? ut ejus exemplum alii imitentur. Alios reprehendit: quamobrem? ut emendentur. Videtur igitur hæc ſententia μετὰ προσδιορισμοῦ τινος intelligenda. *Wolfius.*

2 Τῶν καθισταμένων pro ἀποκαθισταμένων, eorum quæ incipiunt reſtitui in integrum: ut ſignificetur initium, καὶ τὰ πρῶτα recuperandæ valetudinis.

3 Vult *Epictetus* tyrones philoſophiæ nihil appetere. τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. Cap. 7. Proficientem autem in virtute monet, ut omne deſiderium à ſe dependens habeat. εἰν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύνασαι. τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι.

φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν μετατέθεικεν. ὁρμῇ χρῆται πρὸς ἅπαντα ἀνειμένῃ. ἂν ἠλίθιος δόξῃ, ἂν ἀμαθὴς δόξῃ, καταφρονεῖται. ἑνί τε λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν ἑαυτὸν φυλάσσει, καὶ ἐπίβουλον.

ΚΕΦ. ογ'.

Ὅταν τις, ὅτι παρὰ νοεῖν, καὶ ἐξηγεῖσθαι δύναται τὰ Χρυσίππου βιβλία, σεμνύνηται, λέγε αὐτὸς πρὸς σαυτόν, ὅτι, εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν ὅτου, ἐφ' ᾧ σεμνύνηται. ἐγὼ δὲ τί βούλομαι; [1] καταμαθεῖν τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι. ζητῶ οὖν, τίς ὁ ἐξηγούμενός ἐστιν; καὶ ἀκούσας, ὅτι Χρύσιππος, ἔρχομαι πρὸς αὐτόν. ἀλλ' οὐ νοῶ τὰ γεγραμμένα. ζητῶ οὖν τὸν ἐξηγούμενον. καὶ μέχρι τούτου οὔπω σεμνὸν οὐδέν. ὅταν δὲ εὕρω τὸν ἐξη-

ad sola ea transtulit, quæ, contra naturam existentia, in nostra sunt potestate. Impetu ad omnia remisso utitur. Sive fatuus, aut indoctus videatur, non curat. & ut uno dicam verbo, tanquam hostem, seipsum observat, & tanquam insidiatorem.

CAP. LXXIII.

SI quis eo, quod intelligat, & explicare possit Chrysippi libros, glorietur, ipse tibi dic: Nisi obscure scripsisset Chrysippus, nihil hic haberet, quo gloriaretur. Ego autem quid volo? Condiscere naturam, & hanc sequi. Quæro igitur, quis sit qui explicet. Et cum audiero, Chrysippum esse, ad ipsum venio. Sed non intelligo scripta. Quæro igitur explicatorem: atque hactenus quidem præ-

[1] Eam scilicet, quæ homini divinitus tributa est: hoc est, studeo cognoscere, quâ conditione me Deus in terris esse ac vivere velit; quâ de re vide *Persium* Sat. 3. *Wolfius.*

γόμενον, ἀπολείπε) χρῆσθαι τοῖς παρηγγελμένοις. τοῦτο αὐτὸ μόνον σεμνόν ἐστιν. ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφου; πλὴν γε δή, ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου, Χρύσιππον ἐξηγοῦμαι. μᾶλλον δέ, ὅταν τις εἴπῃ μοι· ἐπανάγνωθί μοι [1] Χρύσιππον, ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ δύνωμαι ὅμοια τὰ ἔργα, καὶ σύμφωνα ἐπιδεικνύειν τοῖς λόγοις.

ΚΕΦ. οδ'.

Ὅσα προτίθεται, τούτοις, ὡς νόμοις, καὶ ὡς ἀσεβήσων ἂν παραβαίνῃς τι τούτων, ἔμμενε. [2] ὅ, τι δ' ἂν ἐρῇ τις περί σου, μὴ ἐπιστρέφου. τοῦτο γὰρ οὐκέτ' ἐστὶ σόν.

clari nihil. Ubi autem explicatorem invenero, reliquum eſt, uti iis quæ ſunt præcepta, id quod ſolùm præclarum eſt. Si autem ipſam illam explicationem admiratus fuero, quid aliud quàm grammaticus philoſophi loco evaſi: niſi quod pro Homero Chryſippum explico. Potius igitur, cum quis mihi dixerit; Prælege mihi Chryſippum; erubeſco, quando ſimilia verbis facta, & conſona, oſtendere non poſſum.

CAP. LXXIV.

QUæcunque proponuntur, in his, velut legibus perſevera; & tanquam impius ſis futurus, ſi quid eorum tranſgrediaris. Quodcunque autem de te quis dixerit, id ne cures. Hoc enim non amplius tuum eſt.

---

1 *Chryſippus* fuit *Stoicorum* coryphæus & columen.

2 Reſpicitur hic ad caput 29. Ac ſi dicat: quid alii de te loquantur, curare noli. Innuit enim, fore multos, qui dicant,

ΚΕΦ. οέ.

ΕΙς ποῖον δὴ χρόνον ἀναβάλλῃ, τὸ τῶν βελτίστων ἀξιῶν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν [1] τὸν ἁρμόζοντα λόγον; παρείληφας τὰ θεωρήματα, οἷς ἔδει σε συμβάλλειν, καὶ συμβέβληκας; ποῖον δὴ ἔτι διδάσκαλον περιμένεις, ἵνα εἰς ἐκεῖνον ὑπερθῇς τὴν ἐπανόρθωσιν ποιῆσαι τὴν σεαυτοῦ; οὐκ ἔτι εἶ μειρακιον, ἀλλ' ἀνὴρ ἤδη τέλειος. [2] ἂν τοίνυν ἀμελήσῃς,

CAP. LXXV.

IN quod ergo tempus differes, optimis te ipsum dignari, & in nullo rationem dividentem violare? Accepisti theoremata, ad quæ te adplicare debebas: iisne te adplicuisti? Qualem igitur adhuc doctorem expectas, ut in adventum ejus differas tui correctionem instituere? Non amplius es adolescens, sed vir jam perfectus. Si igitur negligens

---

subito te sapientem rediisse: quique rogent, unde illud supercilium? & id genus alia. Non enim, quid alii dicant, quid non dicant, nostri est arbitrii. *Snecanus.*

1 Eam partitionis rationem intelligo, quâ initio dixit, quædam in nostrâ potestate esse, quædam non esse. *Wolfius.*

2 Familiare in ore *Stoicorum* fuit præceptum, *Parce tempori*: de quo multa præclarè *Epictetus* variis locis. *Platonicus* quoque *Nigrinus* ut refert *Lucianus* solitus suis discipulis inculcare, Δεῖν ἀμέλητον εἶναι τὴν πρὸς τὰ καλὰ ὁρμὴν, *ad capessendas res honestas nulla procrastinatione esse utendum. Hesiodi* pulcherrimus est ille versus,

Αιεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.

(*semper procrastinator luctatur cum damnis.*)

Hic autem est dialogismus: *Cras hoc fiet*, ait piger adolescens. Ovidius:

Dicimus assiduè: cras quoque fiet idem.

Petronius: *quod hodie non est cras erit.*

Excipit Persius, *idem cras fiet.* Ovidius,

Qui non est hodie cras minus aptus erit.

Causa est: quia mala illa dispositio quotidianis procrastinationibus alitur: donec tandem mutet in habitum, quod ubi accidit, animus occaluit, ægerrimè medicinam admittit.

καὶ ῥαθυμήσῃς, καὶ ἀεὶ ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων ποιῇς, προθέσεις ἐκ προθέσεων, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ, λήσεις σεαυτὸν οὐ προκόψας· ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. ἤδη οὖν ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον, καὶ προκόπτοντα· καὶ πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον, ἔστω σοι νόμος ἀπαράβατος· κἂν ἐπίπονόν τι, ἢ ἡδὺ, ἢ ἔνδοξον, ἢ ἄδοξον, προσάγῃ, μέμνησο, ὅτι νῦν ὁ ἀγὼν, καὶ [1] ἤδη πάρεστι τὰ Ὀλύμπια, καὶ οὐκ ἔστιν ἀναβάλλεσθαι· καὶ ὅτι παρὰ μίαν [2] ἧττάν καὶ ἔνστασιν ἢ ἀπόλλυται προκοπὴ, ἢ σώζεται. Σωκράτης οὕτως ἀπετελέσθη ἐπὶ πάντων προσαγομένων αὐτῷ, μη-

sis & desidiosus, & semper moram ex mora facias, propositum ex proposito, & dies alios post alios constituas, post quos tibiipsi attendes, ignorabis te non proficere; sed plebejus permanebis & vivens, & moriens. Jam igitur te dignum existima, ut vivas tanquam perfectus, & proficiens: & quodcunque tibi optimum videtur, ea lex sit inviolabilis. Ac si laboriosum quid, aut jucundum, gloriosum, aut inglorium offeratur, memento, nunc certamen obvenisse, & jam adesse Olympia, nec differre licere: & una clade, aut instantia, vel perire profectum, vel servari. Socrates sic perfectus evasit, in omnibus, quæ ipsi offerrentur, nulli alii rei adtendens,

1 Significat, in propinquo esse tempus, quo aut vincendum aut succumbendum; prout in *Olympico* certamine fiebat. Egregiè *Persius* perstringit socordiam eorum, qui vitæ emendationem dietim proferebant. Quem vide Sat. 5. *Snecanus.*

2 Referes ἧττάν ad ἀπόλλυται, at ἔνστασιν ad σώζεται.

δενὶ ἄλλῳ παρεσόμενον, ἢ τῷ λόγῳ. σὺ δὲ, εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτης, ὡς Σωκράτης γε εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιῶν.

ΚΕΦ. οϛ'.

Ο πρῶτος καὶ ἀναγκαιότατος τόπος ἐστὶν ἐν φιλοσοφίᾳ, ὁ τῆς χρήσεως τῶν θεωρημάτων· οἷον, [1] ὁ τοῦ μὴ ψεύδεσθαι. ὁ δεύτερος, ὁ τῶν ἀποδείξεων· οἷον, πόθεν, ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι; τρίτος, ὁ αὐτῶν τούτων βεβαιωτικὸς καὶ διαρθρωτικός· οἷον, πόθεν, ὅτι τοῦτο ἀπόδειξις; τί γάρ ἐστιν ἀπόδειξις; τί ἀκολουθία; τί μάχη; τί ἀλήθες; τί ψεῦδος; ἦκεν ὁ μὲν τρίτος τόπος ἀναγκαῖος διὰ τὸν δεύτερον

præterquam rationi. Tu autem, etsi nondum es Socrates, sic tamen, ut qui Socrates esse velis, debes vivere.

CAP. LXXVI.

PRimus & maximè necessarius in philosophia locus est, qui de usu theorematum agit: ut, Non esse mentiendum. Alter, demonstrationum: ut, Unde hoc, quod non sit mentiendum? Tertius locus, qui hos ipsos confirmat, & distinguit: ut, Unde fiat, ut hoc sit demonstratio? Quidnam sit demonstratio? quid consecutio? quid pugna? quid verum? quid falsum? Quare tertius quidem locus

1 *Casaubonus* vult reddi, *non decipi.* Tres sunt in philosophiâ loci maximè necessarii. Primus, in usu positus præceptorum: modestiam in factis, veritatem in dictis colendam. Alter, demonstrationis: qui rationibus convincit, hæc esse facienda. Tertius, qui differendi præceptis confirmat, dilucideque declarat, eam esse demonstrationem, & non deceptos esse nos: ac docet, quid sit demonstratio, quid consecutio. *Simplic.*

ὁ δὲ δεύτερος, ἀφ' τὸν πρῶτον. ὁ δὲ ἀναγκαιότατος, καὶ ὅπου ἀναπαύεσθαι δεῖ, ὁ πρῶτος. ἡμεῖς δ' ἔμπαλιν ποιοῦμεν. ἐν γὰρ τῷ τείτῳ τόπῳ διατρίβομεν, καὶ περὶ ἐκεῖνόν ἐστιν ἡμῖν ἡ πᾶσα σπουδή· τοῦ δὲ πρώτου παντελῶς ἀμελοῦμεν. τοιγαροῦν ψευδόμεθα μέν· πῶς δὲ ἀποδείκνυται, ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι, πρόχειρον ἔχομεν.

ΚΕΦ. οζ'.

Ἐπὶ παντὸς πρόχειρα ἐκτέον ταῦτα.

[1] Ἄγου δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ Πεπρωμένη,
Ὁποι ποθ' ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος·
[2] Ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος. ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

neceſſarius eſt ob ſecundum; ſecundus autem, ob primum. Maximè autem neceſſarius, & in quo adquieſcere oportet, eſt primus. At nos contrà facimus. In tertio enim loco immoramur, & circa illum omne ſtudium noſtrum occupatur: primi autem nullam plane curam habemus. Idcirco nos quidem mentimur: at quomodo demonſtretur, non eſſe mentiendum, in promptu habemus.

CAP. LXXVII.

IN quovis negotio hæc in promptu ſunt habenda.

Duc me, ô Jupiter, atque tu Fatum,
Quocunque à vobis ſum deſtinatus;
Sic ſequar impiger. Sin autem nolim,
Improbus factus, nihilominus ſequar.

---

1 Precatur, ut a Deo ducatur, &, quæ ab eo per omnia ordine tranſit, causâ effectrice & motrice, quam *Fatum* appellabat. *Simplic.*

2 Primum hoc votum, teſte *Simplicio*, *Cleanthis* eſt, *Stoici* phi-

ΚΕΦ. οή.

[1] Ὅς τις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκε καλῶς,
Σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖ' ὑπίσταται.

CAP. LXXVIII.

QUi autem necessitati bene paruit,
Sapiens apud nos habetur, & scit divina.

ΚΕΦ. οθ'.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον. [2] Ὦ Κρίτων, εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γινέσθω. [3] ἐμὲ δ' Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται· βλάψαι δ' οὔ.

CAP. LXXIX.

SEd & tertium. O Crito, si Diis hoc modo visum fuerit, hoc modo fiat. Me quidem Anytus & Melitus occidere possunt; at lædere nequaquam.

---

losophi, Assio nati, qui fuit Zenonis discipulus, Chrysippi magister: Cujus statuam in Asso, magnificentiæ Romanæ specimen, sibi visam testatur Simplicius ad hunc locum. Snecanus.

1 Hoc caput nihil continet nisi duos Jambos Euripidis Tragici.

2 Duo dicta hoc continentur; Prius Socratis est è Critone Platonis desumptum. Alterum sumptum est ex Socratis Apologia Platonica; ubi de Socratis accusatoribus Anyto & Melito illud dicitur. Snec. ex Simplic.

3 Nolite timere eos qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere. Matth. 10. 28.

Non omnes Epicteti sententias hoc Enchiridio contineri, illis constat, qui dissertationes Arriani de Epicteti disputationibus legerunt. Ac proinde nemo quoque mirabitur, hic non reperiri illud decantatum Epicteti dictum, Ἀνέχου, καὶ ἀπέχου, Sustine, & abstine. Quin imo comparent in Agellio & Stobæo nonnulla Epicteto attributa, quæ ne quidem apud Arrianum reperias. Snecanus.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΥ
ΤΕΛΟΣ.

CEBETIS
THEBANI
PHILOSOPHI PLATONICI,
TABULA,
Græce & Latine,

Qua vitæ humanæ prudenter inſtituendæ ratio continetur.

Cebes. [Greek and Latin.]

ΚΕΒΗΤΟΣ
ΘΗΒΑΙΟΥ
ΠΙΝΑΞ.

CEBETIS
THEBANI
TABULA.

———*Quo fit ut omnis*
Votivâ pateat veluti descripta tabellâ
Vita Senis.——— Hor.

Edidit JOSEPHUS SIMPSON, A.M.
Coll. *Reg.* OXON.



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
MDCCXXXVIII.

ΚΕΒΗΤΟΣ
ΘΗΒΑΙΟΥ
ΠΙΝΑΞ.
CEBETIS
THEBANI
TABULA.

BRITISH MUSEUM

Quo sit ut omnis
Votivâ pateat veluti descripta tabellâ
Vita Senis.
Hor.

Edidit JOSEPHUS SIMPSON, A.M.
Coll. Reg. OXON.



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
MDCCXXXVIII.

TESTIMONIA DE CEBETE.

Cebetem Thebanum fuisse hujusce tabulæ auctorem, ex hisce testimoniis a doctissimo *Gronovio* collectis, abunde patet. De ipso autem *Cebete* adeò tacent veteres scriptores, ut vita ejus ex illis nequaquam colligi possit. [1] *Xenophon* inter istos *Socratis* familiares, qui innocentia cæteris præstiterint, eum numerat. [2] *Plato* in *Phædone* testatur, *Cebetem* singulari curâ investigasse veritatem, nec facilè solitum assentiri, nisi manifestis argumentis convinceretur. Cæteri scriptores *Cebetis* nullam mentionem faciunt.

Lucianus de mercede conductis.

Βούλομαι δὲ ὅμως ἔγωγε ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος εἰκόνα τινα τοῦ τοιούτου σου βίου γράψαι, ὅπως ἐς αὐτὴν ἀποβλέπων εἰδῇς εἴ σοι παριτητέον ἐστὶν ἐς αὐτήν.

Idem in Rhetorum præceptis.

Εθέλω δέ σοι πρῶτον ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος, εἰκόνα γραψάμενος τῷ λόγῳ ἑκατέραν ἀποδεῖξαι τὴν ὁδόν.

1 Απομν. α. fol. 719. 2 Pag. 63.

Julius Pollux III. 16.

Ὑφηγητὴς, ἐξηγητὴς, προηγητικὸς, προηγεμών. καὶ καθηγητὴς παρὰ Κέβητι καὶ τοῖς τραγῳδοῖς.

Diogenes Laertius libro II. Vitarum.

Κέβης ὁ Θηβαῖος· καὶ τούτου φέρονται διάλογοι τρεῖς· Πίναξ. Εβδόμη, Φρύνιχος.

Tertullianus de præscriptione, cap. 39.

Vides hodie ex *Virgilio* fabulam in totum aliam componi, materia secundum versus, versibus secundum materiam concinnatis. Denique *Hosidius Geta Medeam* tragœdiam ex *Virgilio* plenissime exsuxit. Meus quidem propinquus ex eodem poeta inter cætera stili sui otia *Pinacem Cebetis* explicuit. Ubi recte *Pamelius Cebetem* secta *Pythagoricum* notat.

Idem de Corona, cap. 7.

Hercules nunc populum capite præfert, nunc oleastrum, nunc apium. Habes tragœdiam *Cerberi*, habes *Pindarum* atque *Callimachum*, &c. Ubi *Jos. Scaliger* in exemplari editionis *Junianæ*, quod in bibliotheca publica servatur, adscripsit *Cebetis*, quod tamen valde anceps.

Suidas.

Κέβης, Θηβαίος Φιλόσοφος, Σωκράτους μαθητής. Διάλογοι δὲ αὐτοῦ φέρονται τρεῖς ἑβδόμη, φρύνιχος, Πίναξ. ἔστι δὲ τῶν ἐν ᾅδου διήγησις καὶ ἄλλα τινα.

Etiam *Virgilii* delicias eodem nomine fuisse ex Vita ejus & *Servio* ad secundam Eclogam patet.

Chalcidius in fine commentarii in *Timæum Platonis.*

Etenim, qui aderant, omnes erant instructi præcipuis doctrinis, quas ingenuas disciplinas appel-

BRITISH MUSEUM

lavit; propterea quod a pueris ætas illa iis veluti principiis altioris doctrinæ, & tanquam gradibus imbuebatur, geometrica, muſica, arithmetica, aſtronomia. De quibus *Cebes* pronuntiavit, ſiquidem philoſophiæ cauſa diſcantur, ut per eas, tanquam gradibus, ad ſummum culmen philoſophiæ perveniatur, operæ pretium eſſe; ſi ſine philoſophia, plenæ tamen dignitatis eſſe fundamenta, imperfectæ licet eruditionis. Ubi *Johannes Meurſius*: Intelligit *Thebanum*, de quo *Diogenes* lib. 11. & ex eo *Suidas*. Alius eſt *Cebes Cyzicenus*, cujus meminit *Athenæus* lib. IV.

Danielis Heinſii carmen, chirographo auctoris ſcriptum in exemplari, quod eſt penes fratrem meum, ut videtur ab eo compoſitum, ut peplo inſereretur, ſed neſcio quo caſu omiſſum, & dignum tamen, quod conſpiciatur.

Καί σε, Κέβης, σοφίῃσι κεχαρισμένον αἰὲν ἀκούω.
Σωκρατικοῖς γεγαῶτα πάλαι καταείδμενον ἀνδρῶν.
Κείνῳ γὰρ θανάτοιο παρήορος αὐτὸς ἑπεσθαι
Τόν ποθ' οἱ ἀφραδέοντες ἀπαιθαλίῃσι νόοιο
Κεκροπιδῶν ἔρραψαν ὁμηγερέες πολῖται,
Ψευδέων τέκτονες ἄνδρες ἀληθοσύνης ἀπείρων.
Τῷ καὶ Πυθαγόρεω σοφὰς ἀπομάξαο δόξας,
Ὡς κεῖνος τὸ πάρος θεν, ὁμοίϊα τοῖσι πιφαύσκων.
Χρείων ἀνθρώποισιν ἀμηχανέουσιν ἀρωγῆς,
Δῆλα πᾶσι, καὶ μύθοισι καὶ αἰνιγμοῖσιν ἐλίσσων.
Ος ποτε καὶ βιότοιο μέγαν πλάνον, ἠδὲ καὶ οἶμον,
Στεινὴν μὲν τὰ πρῶτα, τὸ δ' ὕστερον αὖθις ἐλαφρὴν
Ποσὶ πρᾶγ, μαχρήντε καὶ ὄρθιον, ἠδὲ καταντη,

Ἡμῖν ἡγεμόνευσας· ἐπεὶ κεκιῶν τ' ἀρετῶντε
Οἷα ζωογράφος τις ἀνὴρ, θεῖόσιος ἄλλων,
Εἰκόνα δαιτυλόδεικτον ἐνὶ μεσόπεσιν ἔθηκας.

Laurentius Pignorius ſymbolicarum epiſtolarum XLII.

Fidem facit *Cebetis* Pinax, quam vocamus, a noſtris nobis olim præceptoribus tradita & commendata.

Philippus Thomaſinus de donariis, pag. 211.

Præter hæc religionis indicia aliud etiam ſpectaſſe priſcos ſapientes ſatis oſtendit Tabella in Saturni ædicula inter alia munera olim pro delubro poſita, quæ veluti totius vitæ humanæ imago & compendium *Cebeti* integri libri materiam ſapientiſſimis *Maſcardi* meditationibus non indignam præbuit.

Petrus Lambecius in appendice libri V.

Venetiis acceptos codices MSS. & in bibliothecam *Caſaream* relatos numerat, in quibus eſt, *Cebetis Thebani, Philoſophi Platonici, Tabula*, vitæ humanæ prudenter inſtituendæ rationem continens.

Nam quæ auſus fuit *Samuel Petitus* tentare in libro IV. Miſcellaneorum cap. IV. iis non utimur, quum & ſupponat incertiſſima, & mutationibus tam libere indulgeat, ut æqui juſtique parvam ponat rationem.

ΚΕΒΗΤΟΣ ΘΗΒΑΙΟΥ ΠΙΝΑΞ.

Ξένος καὶ Γέρων.

1 Ξ. ΕΤυγχάνομεν περιπατοῦντες ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ, ἐν ᾧ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐθεασάμεθα· ἀνέκειτο δέ καὶ πίναξ τις ἔμπροσθε τοῦ νεὼ, ἐν ᾧ ἦν γραφή τις 2 ξένη, καὶ μύθους ἔχουσα

CEBETIS THEBANI TABULA.

Hoſpes & Senex.

H. FOrtè in Saturni ſacello deambulantes, cùm alia multa in eo donaria ſpectabamus; tùm tabulam quandam paulò altius ante templum poſitam, in qua pictura quædam erat nova,

1 *Cebes* ipſe videtur eſſe ſenex tabulam commonſtrans & explicans; illi autem, quibus exponitur, extranei. Quorum unus è numero *Cebetem* percontatur. *Cebes Thebanus* fuit. *Thebis* igitur colloquium haberi fingitur. Templum *Saturni*, cui conſecrata hæc tabula, *Thebis* fuiſſe cenſendum. Peregrini vero *Attici* ſi fortè, aut *Ionici* generis Juvenes fuerunt. *Salmaſius.*

2 Nova eſt hæc pictura, nec deprompta ex *Homero*, aut alio poeta: quas fabulas pictas & ſculptas paſſim videre erat. Etſi

ἰδίους· ὃυς οὐκ ἠδυνάμεθα συμβαλεῖν, τίνες, ϗ πότε ἦσαν. οὔτε γὰ πόλις ἐδόκει ἡμῖν εἶναι τὸ γεγραμμένον, οὔτε στρατόπεδον· ἀλλὰ περίβολος ἦν, ἐν αὑτῷ ἔχων ἕτερους περιβόλους δύο· τὸν μὲν, μείζω· τὸν δὲ, ἐλάττω. ἦν δὲ καὶ πύλη ὅπῃ τοῦ πρώτου περιβόλου· πρὸς δὲ τῇ πύλῃ ὄχλος ἐδόκει ἡμῖν πολὺς ἑφεστάναι. ἔνδον δὲ τοῦ περιβόλου, πλῆθός τι γυναικῶν ἑωρᾶτο. ὅπῃ δὲ τῆς εἰσόδου τοῦ πρώτου πυλῶνος ϗ περιβόλου, γέρων τις ἑστὼς, ἔμφασιν ἐποίει, ὡς προστάττων τι τῷ εἰσιόντι ὄχλῳ. ἀπορούντων δὲ ἡμῶν περὶ τῆς μυθολογίας πρὸς ἀλλήλους πολὺν χρόνον, προσβύτης τις παρεστώς. Γ. Οὐδὲν δεινὸν πάσχετε,

& peculiares fabulas continens; quas, quales eſſent, conjicere non poteramus. Neque enim, quod pictum erat, urbs nobis eſſe videbatur, neque caſtra; ſed ſeptum erat, alia duo intra ſe ſepta continens; majus, alterum; alterum, minus. Porta etiam erat in primo ſepto; atque ad hanc portam multa turba adſtare videbatur. Intra ſeptum autem multitudo quædam mulierum conſpiciebatur. Cæterum in primæ portæ, ac ſepti, aditu, ſenex quidam ſtabat, qui indicium faciebat, quaſi ingredienti turbæ aliquid præciperet. Cùm autem de illius fabulæ explicatione diu inter nos ambigeremus, ſenex quidam adſtans. S. Nihil miri, inquit, ὃ

---

autem & ipſæ habent, quibus tenera ætas eruditur, tamen non prorſus in univerſum eo reſpiciunt, quemadmodum hæc tabula. Tota enim in hoc occupatur, ut varias vitæ & omnium quotquot ſunt rationes, ſpectatori proponat, atque itidem vitæ rectam viam, quam qui ingreſſus ſit & perſequatur, rectius vivat & beatius. Ideo non tam eſſe picturam exiſtimanda eſt, quam philoſophiæ.

ὦ ξένοι, ἔφη, ἀπορεῖτε περὶ τῆς γραφῆς ταύτης. οὐ γὰρ τῶν ἐπιχωρίων πολλοὶ ἴσασι, τί ποτε αὕτη ἡ μυθολογία δύναιτο. οὐδὲ γάρ ἐστι πολιτικὸν ἀνάθημα, ἀλλὰ ξένῳ τις πάλαι ποτὲ ἀφίκετο ἀνὴρ, ἀνὴρ ἔμφρων, καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν, λόγῳ δὲ καὶ [1] ἔργῳ [2] Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλακὼς βίον, ὃς τό τε ἱερὸν τοῦτο, καὶ τὴν γραφὴν ἀνέθηκε τῷ Κρόνῳ. Ξ. Πότερον οὖν, ἔφην ἐγὼ, καὶ αὐτὸν τὸν ἄνδρα γιγνώσκεις ἑωρακώς; Γ. Καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολὺν χρόνον· [3] νεώτερος γὰρ ὢν, πολλὰ καὶ

hoſpites, vobis accidit, quod hujus picturæ ſignificationem non adſequimini. Nam & ex indigenis multi ignorant, quam hujus picturæ explicatio vim habeat. Nec enim civitatis eſt donarium; ſed hoſpes aliquis olim huc advenerat, vir cordatus, magnâque ſapientiâ præditus, ſermone autem & opere Pythagoréam aliquam, & Parmenidéam vitam æmulatus, qui & templum hoc, & picturam Saturno dedicavit. H. Num igitur, inquam ego, & ipſum virum, utpote à te viſum, nôſti? S. Etiam longo, inquit, tempore eum fui admiratus. Quamvis enim junior eſſet, de multis & eximiis rebus diſpu-

---

1 Parùm enim eſt ſentire recte, ni facias rectè. Itaque id eſt, quod ait, λόγῳ καὶ ἔργῳ. Contra evenire videmus, ut ſæpe ſapientium dicta in ore habeamus, de eorum factis itidem exprimendis nihil cogitemus. *Caſelius.*

2 Longum foret omnia referre de *Pythagora.* Ejus vitam perſequuntur *Laertius* lib. 8. *Jamblichus*, *Malchus*: de philoſophiâ ejus præcipuè videndus *Hieroel.* de *Parmenide* idem *Laert.* l. 9. *Caſelius.*

3 Legendum fortè νεωτέρους γὰρ ὤν. *Gronovius* pater. Juvenes enim à ſenibus, non ſenes a juvenibus diſcunt. Forſan tamen nullâ mutatione opus eſt. Hæc enim videtur eſſe cauſa, quare

[1] σπουδαῖα διελέγχει· καὶ περὶ ταύτης δὲ τῆς μυθολογίας πολλάκις αὐτοῦ ἠκηκόειν διεξιόντος. Ξ. Πρὸς Διὸς τοίνυν, ἔφην ἐγὼ, εἰ μή τίς σοι μεγάλη ἀσχολία τυγχάνει οὖσα, διήγησαι [2] ἡμῖν. πάνυ γὰρ ἐπιθυμοῦμεν ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστιν ὁ μῦθος. Γ. Οὐδεὶς [3] φθόνος, ὦ ξένοι, ἔφη. ἀλλὰ τοῦτο δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι, [4] ὅτι ἐπικίνδυνόν τι ἔχει ἡ ἐξήγησις. Ξ. Οἷόν τι; ἔφην ἐγώ. Γ. Ὅτι, εἰ μὲν [5] προσέξητε, ἔφη, καὶ

tabat; & de hujus quoque fabulæ ſignificatione ſæpe ipſum audivi diſſerentem. H. Per Jovem igitur, inquam ego, niſi magnum aliquod tibi negotium eſt, *fabulam* nobis explica: audire enim admodum cupimus, quænam hæc fabula ſit. S. Nulla erit mora, ô hoſpites, inquit: ſed hoc vos audire oportet, periculi aliquid habere explicationem. H. Cujuſmodi? inquam ego. S. Quoniam, inquit, ſi animadverteritis quæ dicuntur, & intel-

---

eum ſenex admiratus ſit, quod cum junior eſſet ille peregrinus, diſſeruit tamen & philoſophatus eſt ſupra quam quod a juvene ſperari potuit. *Johnſ.*

1 Materiæ gravitatem ſignificat.

2 Subaud. μῦθον.

3 Quia invidi ægrè aliis benefaciunt.

4 Merito quæritur, quomodo intelligendum, quod affirmet, non prorſus periculi eſſe expers, hanc enarrationem audire. Videtur itaque dicendum, per ſe quidem nihil huic rei ineſſe periculi, videlicet in auditione, ſed ſiquis ad uſum non tranſferat ea quæ acceperit, nihil ipſi profuturum quod audiverit, quinimo ipſi id pernicioſum fore. Quippe qui ejuſmodi ſalutaria vitæ præcepta neglexerit, ſuapte perit culpa, nec habet quod excuſet: imo tanto juſtius punitur, quanto pulchrior ipſi affulſerit proficiendi occaſio. Idem ferè docet ὁ σωτὴρ. *Luc.* 12. 47.

5 Non ſatis eſt animum advertere & intelligere; ſed ubi intellexeris, animum advertere & intendere oportet, ut facias: hinc prudentia & a prudentia vita illa beata. *Caſel.*

ξυνῆσθε τὰ λεγόμενα, φρόνιμοι καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε· εἰ δὲ μή, ἄφρονες, καὶ κακοδαίμονες, καὶ πονηροὶ, καὶ ἀμαθεῖς γενόμενοι, κακῶς βιώσεσθε. ἔστι γὰρ ἡ ἐξήγησις ὁμοιοπαθὴς τῇ τῆς [1] Σφιγγὸς αἰνίγματι, ὃ ἐκείνη προεβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις. εἰ μὲν οὖν αὐτὸ ξυνίη τις, ἐσώζετο· εἰ δὲ μὴ ξυνίη, ἀπώλλυτο ὑπὸ τῆς Σφιγγός. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅπι τῆς ἐξηγήσεως [2] ταύτης. ἡ γὰρ [3] ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις Σφίγξ ἐστιν· αἰνίττεται δὲ καὶ τάδε, τί ἀγαθὸν, τί κακὸν, τί οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ. ταῦτ' οὖν ἐὰν μή τις

lexeritis, prudentes, & beati eritis: ſin minus, inſipientes, & infelices, ac improbi, indoctique, male vivetis. Quippe Sphingis ænigmati hæc explicatio ſimilis eſt, quod illa hominibus proponebat: illud enim ſi quis intelligeret, ſalvus evadebat; ſi non intelligeret, à Sphinge necabatur. Similiter in hac explicatione *ſe res habet.* Amentia enim hominibus *altera* Sphinx eſt: obſcurè autem & hæc innuit, quid bonum in vita ſit, quid malum; quid nec bonum, nec malum. Quæ quidem ſi quis non

---

1 Nomen vatis cujuſdam alatæ, faciem virgineam habentis, reliquo corpore leoni ſimilis: quæ reſponſa conſulentibus intellectu difficilia reddebat. *Auſonius* Carm. 280.

Terruit Aönium volucris, leo, virgo, triformis
Sphinx: volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

2 Subaud. *συμβαίνει*, vel aliquid ſimile.

3 Cum *Sphinge* comparatur *Amentia*, quod miſerè torquet & conficit animos hominum, quos & quotidiè novis variiſque mortibus afficit. Perpetuo enim & ſubinde aliis atque aliis modis cruciari, eſt mille modis perire. Contra pulchrum & ſalutis plenum vindicare ſe ab inſcitia: qui hoc facit, ſternit iter ſibi ad arcem beatæ vitæ, ſive ſapientiæ. *Caſelius.*

συνίῃ, ἀπόλλυται ὑπ' αὐτῆς οὐκ εἰσάπαξ, ὥσπερ ὁ ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς καταβρωθεὶς ἀπέθνησκεν· ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ καταφθείρεται, καθάπερ οἱ ἐπὶ [1] τιμωρίᾳ παραδιδόμενοι. ἂν δέ τις γνῷ, ἀνάπαλιν ἡ μὲν ἀφροσύνη ἀπόλλυται, αὐτὸς δὲ σώζεται, καὶ [2] μακάριος, καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ. ὑμεῖς οὖν προσέχετε, καὶ μὴ παρακούετε. Ξ. Ὦ Ἡράκλεις, ὡς εἰς μεγάλην τινὰ ἐπιθυμίαν ἐμβέβληκας ἡμᾶς, εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει. Γ. Ἀλλ' ἔστιν, ἔφη, οὕτως ἔχοντα. [3] Ξ. Οὐκ ἂν φθάνοις τοίνυν διηγούμενος, ὡς ἡμῶν προσεξόντων οὐ

intelligat, ab ea non ſemel interit, uti à Sphinge devoratus moriebatur; ſed paulatim in tota vita abſumitur, ſicut illi, qui perpetuis ſuppliciis traduntur. At ſi quis iſta cognôrit, vice versâ Amentia perit, ipſe autem ſalvus evadit, & beatus ac felix omnem vitam tranſigit. Vos igitur attendite, nec obiter auſcultate. H. Proh Hercules, in quantum nos deſiderium conjeciſti, ſiquidem hæc ita ſe habent! S. Omnino verò, inquit, hæc ita ſe habent. H. Quin igitur nobis iſta ſtatim explicas,

---

1 Non intellexerunt interpretes, quid τιμωρία hoc loco ſibi velit. Non enim, *qui conjecti in carcerem carnificis manum expectant*, ut *Wolfius*; aut *qui quæſtioni ſubjiciuntur*, ut *Caſelius*; aptum eſt hic exemplum τῶν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ κατὰ μικρὸν καταφθειρομένων; ſed illi qui malè actæ vitæ conſcii ſecretis conſcientiæ flagellis lancinantur: *Cebes* ipſe (quod miror interpretes non advertiſſe) in ſequentibus ita exponit, ὅταν οὖν πάντα ἀπολείπει παραδίδονται, (iiſdem, quibus hic, verbis) τῇ τιμωρίᾳ. *Caſaub.*

2 Idem utroque indicatur. Qui diſtinguunt, tribuunt hominibus εὐδαιμονίαν, μακαριότητα Diis immortalibus, quos μάκαρας nominant; παρὰ τὸ μᾶν, i. e. σφόδρα χαίρειν. *Caſelius.*

3 Horum verborum hic eſt ſenſus. Non citius ea nobis

παρέργως, ἐπείπερ καὶ τὸ [1] ἐπιτίμιον τοιοῦτόν ἐστιν. Γ. Ἀναλαβὼν οὖν ῥάβδον τινὰ, καὶ ἐκτείνας πρὸς τὴν γραφὴν, ὁρᾶτε, ἔφη, τὸν περίβολον τοῦτον; Ξ. Ὁρῶμεν. Γ. Τοῦτο πρῶτον δεῖ εἰδέναι ὑμᾶς, ὅτι καλεῖται ὁ τόπος οὗτος, βίος. καὶ ὁ ὄχλος ὁ πολὺς, ὁ παρὰ τὴν πύλην ἐφεστώς, οἱ μέλλοντες εἰσπορεύεσθαι εἰς τὸν βίον, οὗτοί εἰσιν. ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ, ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος [2] Δαίμων καλεῖται. προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς

non ſupinè auſcultaturis, ſiquidem tantum propoſitum eſt & præmium & *pœna*. S. Ille igitur arreptâ virgâ quâdam, eâque ad picturam extensâ; videtis, inquit, hocce ſeptum? H. Videmus. S. Quod primum vos ſcire oportet, hic locus Vita adpellatur: ac multa illa turba, quæ portæ adſtat, iſti ſunt, qui in vitam ſunt ingreſſuri. Senex autem, qui ſtat ſuperiùs, chartam aliquam una manu tenens, & alterâ quaſi aliquid oſtendens; hic *Genius* vocatur. Præcipit autem ingredientibus,

---

enarraveris, quam nos erimus prompti ad attendendum quid dicas, quandoquidem tale propoſitum eſt præmium vel pœna. Nam ità græcè ſignificat τὸ ἐπιτίμιον; & utrumque hic convenit. Pernicies quippe denunciatur pro pœnâ non diſcernentibus fines boni & mali, ut beata vita intelligentibus. *Salmaſius.*

1 Subaud. μίσθωμα. *Merces*, Latinè, ut & μισθὸς Græcè utrumque ſignificare & *præmium* & *pœnam* nemini non notum eſt. Sic & τιμὴ *honor* & *pœna*, pro diverſâ ſignificatione verbi τίω unde derivatur. *Johnſonus.*

2 *Genius* ad portam eſt præco ſapientiæ, interpres rationis, quod chartam manu teneat, hoc indicatur, ſiquis deſideret vera ad vivendum ſapientiæ præcepta noſſe, ei volvenda veterum monumenta, qui tot ſæculis invenerunt, quibus vita hominum expoliretur & emendaretur: neque non id eſſe divinum

ποιεῖν; [1] ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον· καὶ δεικνύει, ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ ζώζεσθαι [2] μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. Ξ. Ποίαν οὖν ὁδὸν κελεύει βαδίζειν, ἢ πῶς; ἔφην ἐγώ. Γ. Ὁρᾷς, εἶπε, τὴν πύλην θρόνον τινὰ κείμενον κατὰ τὸν τόπον τοῦτον, καθ' ὃν εἰσπορεύεται ὁ ὄχλος, ἐφ' ᾧ καθηται γυνὴ πεπλασμένη τῷ εἴδει, καὶ πιθανὴ φαινομένη, ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσα ποτήριόν τι; Ξ. Ὁρῶ· ἀλλά τίς ἐστιν αὕτη; ἔφην. Γ. Ἀπάτη καλεῖται, φησίν, ἡ πάντας τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσα. Ξ. Εἶτα, τί πράττει αὕτη; Γ. Τοὺς εἰσπορευομένους εἰς τὸν βίον ποτίζει τῇ ἑαυτῆς δυνάμει. Ξ. Τοῦτο δὲ τί ἐστι τὸ ποτόν; Γ. Πλάνη, ἔφη, καὶ ἄγνοια. Ξ.

quid eos facere oporteat, ubi in vitam ingressi fuerint: &, quam viam ipsos oporteat ingredi, si salvi in vita esse velint, ostendit. H. Quam igitur, inquam ego, viam eos ingredi jubet? aut quomodo? inquam ego. S. Videsne inquit, ad portam solium quoddam positum hoc loco, quo turba ingreditur, cui mulier fucatâ formâ insidet, & pellaci specie, manuque poculum quoddam tenens? H. Video, inquam; sed quænam ea est? S. *Impostura*, inquit, vocatur, quæ omnes homines in errorem inducit. H. Porrò, quid hæc agit? S. In vitam ingredientibus vim suam propinat. H. Sed potio illa quænam est? S. Error, inquit, & Inscitia. H.

beneficium existimandum, & ab authore sapientiæ proficisci. De quibus *Genius* ille docet, de quibus potissimum informari ad vitam oporteat, ea sub extremum hujus sermonis breviter perstringit scriptor. *Caselius.*

1 Ὡς pro ἐπειδὴ, postquam. *Wolfius.*

2 Μέλλουσι, pro βούλονται. *Idem.*

Εἶτα τί; Γ. Πιόντες τοῦτο, πορεύονται εἰς τὸν βίον. Ξ. Πότερον οὖν πάντες πίνουσι τὸν πλάνον, ἢ οὔ; Γ. Πάντες πίνουσιν, ἔφη· ἀλλ' οἱ μὲν [1] πλεῖον· οἱ δὲ ἧττον. ἔτι δὲ οὐχ ὁρᾷς ἔνδον τῆς πύλης πλῆθός τι γυναικῶν, ἑταιρῶν παντοδαπὰς μορφὰς ἐχουσῶν; Ξ. Ὁρῶ. Γ. Αὗται τοίνυν δόξαι, καὶ ἐπιθυμίαι, καὶ ἡδοναί, καλοῦνται. ὅταν οὖν εἰσπορεύηται ὁ ὄχλος, [2] ἀναπηδῶσιν αὗται, καὶ συμπλέκονται τοῖς ἕκαστον· εἶτα ἀπάγουσι. Ξ. Πῇ δὲ ἀπάγουσιν αὐτούς; [3] Γ. Αἱ μὲν, εἰς τὸ ζῆσθαι, ἔφη· αἱ δὲ, εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι, διὰ τὴν ἀπάτην. Ξ. Ὦ δαιμόνιε,

Quid præterea? S. Hoc poculo exhauſto in vitam eunt. H. Num verò omnes errorem bibunt, annon? S. Omnes, inquit, bibunt: ſed plus alii; alii minus. Sed videſne præterea intra portam mulierum multitudinem quandam, meretricum omnigenas formas habentium? H. Video. S. Hæ ergo, *Opiniones*, & *Cupiditates*, & *Voluptates* adpellantur. Cùm igitur turba ingreditur, inſiliunt illæ, & ſingulos amplectuntur; deinde eos abducunt. H. Quò verò eos abducunt? S. Aliæ, inquit, ut ſerventur; aliæ, ut pereant, propter *Impoſturam*. H. O admirande! quàm acerbam potio-

1 Subaud. πίνει.

2 Inſiliunt more canum blandientium.

3 Intelligi poteſt, falſas opiniones, pravas cupiditates, turpes voluptates, deducere ad interitum; contrà, veras, honeſtas & rectas ad ſalutem. Sunt enim δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἡδοναὶ, τῶν μίσων, i. e. ejuſmodi voces, quæ aliàs in bonam, aliàs in malam partem capiuntur, atque adjectivis nominibus diſtinguuntur, ut

τύχη { ἀγαθή. κακή. } Wolfius.

ὡς χαλεπὸν τὸ πόμα λέγεις; Γ. Καὶ πᾶσά γε, ἔφη, ἐπαγγέλλονται, ὡς ὅπῃ τοὺ βέλτιστα ἄξουσαι, καὶ εἰς βίον εὐδαίμονα, καὶ λυσιτελῆ· αἱ δὲ ἀφ' τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὴν πλάνον, ἣν πεπάκασι ἀφ' τῆς ἀπάτης, οὐχ εὑρίσκουσι, ποία ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδὸς, ἢ ἐν τῷ βίῳ· ἀλλὰ πλανῶνται εἰκῆ, ὥσπερ ὁρᾷς καὶ τοὺς πρότερον εἰσπορευομένους, ὡς πρὸς ἄγονται, ὅπῃ αὖ αὖται δεικνύωσιν; Ξ. Ὁρῶ τοῦτο, ἔφη. ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τίς ἐστιν, ἡ ὥσπερ τυφλὴ, καὶ μαινομένη τις εἶναι δοκοῦσα, καὶ ἐπηκνῖα ὅπῃ λίθου τινὸς προγνύλου; Γ. Καλεῖται μὲν, ἔφη, τύχη. ἔστι δὲ οὐ μόνον τυφλὴ, καὶ μαινομένη, ἀλλὰ καὶ κωφή. Ξ. Αὕτη οὖν τί ἔργον ἔχει; Γ. Περιπορεύεται πανταχοῦ, ἔφη, καὶ παρ' ὧν μὲν ἁρπάζει τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἑτέροις δίδωσι· παρὰ δὲ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀφαιρεῖται πάν-

nem iſtam dicis? S. Atqui omnes, inquit, pollicentur, ad optima ſe quemque perducturas, & ad vitam beatam, ac commodam: illi autem ob inſcitiam, & errorem, quem ab *Impoſturâ* hauſerunt, non inveniunt, quæ ſit vera illa via, cui in vitâ *inſiſtendum eſt*; ſed temere errant, quemadmodum vides prius ingreſſos, ut circumagantur, quò iſtæ monſtrent? H. Id, inquam, video. At mulier illa quænam eſt, quæ quaſi cæca, & inſana quædam eſſe videtur, rotundo alieni lapidi inſiſtens? S. Adpellatur, inquit, *Fortuna*: eſt autem non ſolum cæca, & inſana, ſed & ſurda. H. Quodnam igitur ejus munus eſt? S. Paſſim, inquit, vagatur, & ab aliis quidem facultates eripit, & aliis donat; ſed ab iiſdem iterum iſta, quæ dederat, ſtatim

χρῆμα, ἃ δέδωκε, καὶ ἄλλοις δίδωσιν εἰκῆ καὶ ἀβεβαίως. διὸ καὶ τὸ σημεῖον καλῶς μηνύει τὴν φύσιν αὐτῆς. Ξ. Ποῖον τοῦτο; ἔφην ἐγώ. Γ. Ὅτι ὀλίῳ τρογγύλου λίθου ἕστηκεν. Ξ. Εἶτα, τί τοῦτο σημαίνει; Γ. Ὅτι οὐκ ἀσφαλὴς, οὐδὲ βεβαία ἐστὶν [1] ἡ παρ' αὐτῆς δόσις. [2] ἐκπίπτουσι γὰρ μεγάλαι, καὶ σκληραὶ γίγνονται, ὅταν τις αὐτῇ πιστεύσῃ. Ξ. Ὁ δὲ ὄχλος ὁ πολὺς οὗτος, ὁ περὶ αὐτὴν ἑστηκὼς, τί βούλεται, καὶ τίνες καλοῦνται; Γ. Καλοῦνται καὶ οὗτοι [3] ἀπρόβουλευτοι. αἰτοῦσι δὲ ἕκαστος αὐτῶν,

aufert, aliisque temere ac inconstanter donat. Quare & signum istud pulchrè ingenium ejus indicat. H. Ecquod illud signum? inquam ego. S. Quod rotundo lapidi insistit. H. Cæterùm quid hoc significat? S. Munus ab ea profectum non esse certum, firmumque. Magni enim, durique casus succedunt, si quis illi credat. H. At illa multa turba, quæ eam circumstat, quid vult, & quinam adpellantur? S. Etiam hi adpellantur *Inconsulti*. Petunt autem ea singuli, quæ illa

---

1 Fortuna levis est: citò reposcit quæ dedit. Eademque vitrea est: & cum splendet, frangitur: autore Mimographo. Sic ille: momento est brevior, auraque levior. *Wolfius*.

2 Ἐκπίπτειν, excidere aliqua re, frustrari spe sua, voti non fieri compotem. *Wolfius*.

3 Sunt in his, quorum educatio negligitur, qui prava educatione corrumpuntur, qui se ad vitam non parant, qui non capiunt maturè de suis rebus consilium, qui in primâ ætate se non instruunt virtute & consiliis, qui de incommodis vitæ non in tempore cogitant, ut res adversas vel ratione declinent, vel forti animo perferant; sed contra, velati navigium sine remis & gubernaculo fluctibus, sic se vitæ, cujus spatium primum ineunt, committunt. Est autem hæc maxima pars mortalium, se temeritati fortunæ credentium. *Cufulius*.

[1] ἃ ῥίπτει. Ξ. Πῶς οὖν οὐχ ὁμοίαν ἔχουσι τὴν μορφὴν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν δοκοῦσι χαίρειν· οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν, ἐκτετακότες τὰς χεῖρας; Γ. Οἱ μὲν δοκοῦντες, ἔφη, χαίρειν καὶ γελᾶν αὐτῶν, οἱ εἰληφότες τι παρὰ τῆς τύχης εἰσίν· οὗτοι δὲ καὶ ἀγαθὴν τύχην αὐτὴν καλοῦσιν. οἱ δὲ δοκοῦντες κλαίειν, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτετακότες, εἰσὶ παρ' ὧν ἀφείλετο, ἃ δέδωκε πρότερον αὐτοῖς· οὗτοι πάλιν κακὴν τύχην αὐτὴν καλοῦσι. Ξ. Τίνα οὖν ἐστιν, ἃ δίδωσιν αὐτοῖς, ὅτι οὕτως οἱ μὲν λαμβάνοντες, χαίρουσιν· οἱ δὲ ἀποβάλλοντες, κλαίουσι; Γ. Ταῦτα, ἔφη, ἃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ εἶναι ἀγαθά. Ξ. Ταῦτα οὖν τίνα ἐστί; Γ. Πλοῦτος δηλαδὴ, καὶ δόξα, καὶ εὐγένεια, καὶ τέκνα, καὶ τυραννίδες, καὶ βασιλεῖαι, καὶ τἆλλα, ὅσα τούτοις παραπλήσια.

projicit. H. Quî igitur non ſimili vultu ſunt; ſed eorum alii gaudere videntur; alii animum dejiciunt, tenſis manibus? S. Qui ex his, inquit, gaudere ac ridere videntur, ſunt, qui aliquid à *Fortuna* acceperunt; qui quoque *Bonam Fortunam* eam nominant: at qui plorare videntur, ac manus tendiſſe, ſunt, à quibus illa abſtulit, quæ ipſis antè dederat; qui contrà *Malam Fortunam* ipſam adpellant. H. Quæ igitur ea ſunt, quæ ipſis donat; quòd, qui accipiunt, ita lætentur; at qui perdunt, plorent? S. Illa, inquit, quæ plerisque hominibus bona eſſe videntur. H. Quænam verò illa ſunt? S. Divitiæ ſcilicet, & gloria, ac nobilitas: inſuper liberi, & imperia, ac regna, aliaque, quæ his adſimilia.

1 Scilicet ἃ τύχη· Ea quæ fortuna temere projicit. *Wolfius.*

Ξ. Ταῦτα οὖν πῶς οὐκ ἔστιν ἀγαθά; Γ. [1] Περὶ μὲν τούτων, ἔφη, καὶ αὖθις διαλεξόμεθα. νῦν δὲ περὶ τὴν μυθολογίαν γενώμεθα. Ξ. Ἔστω οὕτως. Γ. Ὁρᾷς οὖν, ὡς ἂν παρέλθοις τὴν πύλην ταύτην, ἀνώτερον [2] ἄλλον περίβολον, καὶ γυναῖκας ἔξω τοῦ περιβόλου ἑστηκυίας, κεκοσμημένας ὥσπερ ἑταῖραι εἰώθασι; Ξ. Καὶ μάλα. Γ. Αὗται τοίνυν, ἡ μὲν ἀκρασία καλεῖται· ἡ δὲ, ἀσωτία· ἡ δὲ, ἀπληστία· ἡ δὲ, κολακεία. Ξ. Τί οὖν ὧδε ἑστήκασιν

H. Hæc igitur quomodo non sunt bona? S. De his quidem, inquit, & posthac disputabimus. nunc circa fabulæ enarrationem versemur. H. Esto ita. S. Videsne igitur, ubi hanc portam præterieris, superius aliud septum, & mulieres extra septum stantes, ornatas, uti meretrices solent. H. Ita sanè. S. Harum igitur alia, *Incontinentia* vocatur; alia, *Luxuria*; alia, *Avaritia*; alia, *Adulatio*. H. Quid ergò hîc istæ adstant?

---

1 Quæ bona, quæ mala sint, in fine libelli docet. Sed & *Satyricus* hunc errorem taxat his versibus:

Omnibus in terris, quæ sunt à Gadibus usque
Auroram & Gangem, pauci dignoscere possunt
Quæ sint vera bona, atque illis diversa, remota
Erroris nebula.

2 Tria septa majora facit, quorum primi & tertii οἰκήματα hoc est extructa intra septa domicilia etiam περίβολος vocat. *Wolfius.*

Gronovius autem contendit in totâ *Cebetis* Tabulâ nullam inesse fabricam, qualis est domus. Sed si suas domos non habent felices & infelices, suas certè stationes habent, sua receptacula diversa, quò per diversas itur vias. Δόξαι enim & ἡδοναὶ ducunt ad *Incontinentiam* &c. illæ ad τιμωρίαν &c. & porro ad *Infelicitatem*. Quæ diversæ stationes in eodem primo septo vocantur περίβολοι. Sed de his, ut occurrunt, fusius agetur. *Johns.*

αὐτοῖς; Γ. Παρατηροῦσιν, ἔφη, τοὺς εἰληφότας τι παρὰ τῆς τύχης. Ξ. Εἶτα τί; Γ. Ἀναπηδῶσι, καὶ συμπλέκονται αὐτοῖς, καὶ κολακεύουσι, καὶ ἀξιοῦσι παρ' αὐτοῖς μένειν, λέγουσι, ὅτι βίον ἕξουσιν ἡδύν, καὶ ἄπονον, καὶ ἀκαταπαύστως ἕξουσι τὰ ἀνδρεῖα. ἐὰν οὖν τις πεισθῇ ὑπ' αὐτῶν εἰς τὴν ἡδυπάθειαν, μέχρι μὲν τινος ἡδέως δοκεῖ εἶναι ἡ διαγωγὴ, ἕως ἂν γαργαλίζῃ τὸν ἄνθρωπον· εἶτ' οὐκ ἔστι. ὅταν γὰρ ἀναπήδῃ, αἰσθάνεται, ὅτι οὐκ ἠσθίει, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς κατησθίετο, καὶ ὑβρίζετο. διὸ καὶ, ὅταν ἀπολέσῃ πάντα, ὅσα ἔλαβε παρὰ τῆς τύχης, ἀναγκάζεται ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν, καὶ πάντ' ἐποιήσεν, καὶ ἀσχημονεῖν, καὶ τοιοῦτ' ἔστιν οὗτος ὅστις ἐστὶ βλαβερός· οἷον, ἱεροσυλεῖν, ἐπιορκεῖν, προδιδόναι, λωποδυτεῖν, καὶ πάντ' ὅσα

S. Observant, inquit, eos qui à *Fortuna* quidpiam acceperunt. H. Quid deinde? S. Insiliunt, & amplexantur eos, & adulantur, & obsecrant, ut apud se maneant, dicentes; quòd vitam jucundam, otiosam & omni molestiâ vacuam agent. Quòd si quis ab eis ad perfruendas voluptates persuadeatur, aliquamdiu ei jucunda videtur esse ea consuetudo, quamdiu hominem titillaverit: postea secus adparet. Ubi enim evigilaverit, se non comedisse, sed potius ab ea comesum fuisse, & contumeliis adfectum, sentit. Quare etiam, cum omnia, quæ à *Fortuna* acceperat, insumserit, his mulieribus servire cogitur, omniaque perpeti, & indecore se gerere, & harum gratiâ quæcunque sunt damnosa perpetrare: ut, detrandare, sacrilegium facere, pejerare, prodere, prædas agere, &

τούτοις παραπλήσια. ὅταν οὖν πάντα αὐτοῖς ἀπολείπῃ, παραδίδονται τῇ τιμωρίᾳ. Ξ. Ποία δέ ἐστιν αὕτη; Γ. Ὁρᾷς ὀπίσω τι αὐτῶν, ἔφη, ὥσπερ θύριον μικρὸν, καὶ τόπον στενόν τινα, καὶ [1] σκοτεινόν; οὐκοῦν καὶ γυναῖκες αἰσχραὶ, καὶ ῥυπαραὶ, καὶ ῥάκη ἠμφιεσμέναι δοκοῦσι συνεῖναι; Ξ. Καὶ μάλα. Γ. Αὗται τοίνυν, ἔφη, ἡ μὲν, τὴν μάστιγα ἔχουσα, καλεῖται τιμωρία· ἡ δὲ, τὴν κεφαλὴν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχουσα, λύπη· ἡ δὲ, τὰς τρίχας τίλλουσα ἑαυτῆς, ὀδύνη. Ξ. Ὁ δ' ἄλλος οὗτος, ὁ παρεστηκὼς αὐταῖς, δυσειδής τις καὶ λεπτὸς, καὶ γυμνός· καὶ μετὰ ταῦτά τις ὁμοία αὐτῷ, αἰσχρὰ καὶ λεπτὴ, τίς ἐστιν; Γ. Ὁ μὲν, ὀδυρμὸς καλεῖται, ἔφη· ἡ δὲ, ἀδελφὴ αὐτοῦ, ἀθυμία. τούτοις οὖν παραδίδοται, καὶ μετὰ

quæcunque his similia sunt. Quando autem ipsis omnia defecerint, traduntur *Ultioni*. H. Et quænam hæc est? S. Videsne pone illas paulùm, inquit, quasi ostiolum exiguum, & locum quendam angustum, ac caliginosum? Nonne & mulieres adesse videntur fœdæ, & sordidæ, & laceris vestibus indutæ? H. Ita sanè. S. Harum igitur, inquit, illa quæ flagellum *manu* tenet, vocatur *Ultio*; ista, quæ caput genibus imposuit, *Mæstitia*; hæc, quæ capillos suos evellit, *Anxietas*. H. Sed alter ille, eis adstat, deformis quidam, & macer, ac nudus; & ponè quædam ipsi similis, turpis ac gracilis; quinam sunt? S. Ille, inquit, *Luctus* vocatur; hæc autem, quæ ejus soror, *Desperatio*. His itaque

1 Videtur esse domus, carcer, vel saltem specus, neque enim aliter foret tenebrosus. *Johnson.*

τούτων [1] συμβιοῖ τιμωρούμενος. εἶτα πάλιν ἐνταῦθεν εἰς ἕτερον οἶκον ῥίπτεται, εἰς τὴν κακοδαιμονίαν, καὶ ὧδε τὸν λοιπὸν βίον καταστρέφει ἐν πάσῃ κακοδαιμονίᾳ, ἂν μὴ ἡ μετάνοια αὐτῷ ἀπὸ τῆς τύχης συναντήσῃ. Ξ. Εἶτα τί γίγνεται; Γ. Ἐὰν ἡ μετάνοια αὐτῷ συναντήσῃ, ἐξαίρει αὐτὸν ἐκ τῶν κακῶν, καὶ συνίστησιν αὐτῷ ἑτέραν δόξαν, καὶ ἐπιθυμίαν, τὴν εἰς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἄγουσαν· ἅμα δὲ καὶ τὴν εἰς τὴν ψευδοπαιδείαν καλουμένην. Ξ. Εἶτα τί γίγνεται; Γ. Ἐὰν μὲν, φησὶ, τὴν δόξαν ταύτην προσδέξηται,

traditur, & cum his, pœnas dans, vitam agit. Deinde rursus hinc in aliam domum projicitur, ad *Infelicitatem*, atque hîc reliquum vitæ exigit in omni miseria, nisi *Pœnitentia* ipsi forte obviam facta fuerit. H. Quid deinde fit? S. Si *Pœnitentia* ipsi occurrat, ex iis malis ipsum eripit, aliamque ipsi *Opinionem* commendat, & *Cupiditatem*, quæ ad *Veram Disciplinam* ducit; simulque ad eam, quæ *Falsa* vocatur *Disciplina*. H. Quid tum fit? S. Siquidem, inquit, hanc opinionem amplectatur,

---

1 Observa modò seriem & catenatum rerum progressum in quovis septo.

Homo in vitam ingressurus haustum erroris & ignorantiæ ab *Impostura* sumit, ingressum *Opiniones*, *Cupiditates*, & *Voluptates* excipiunt, aliæ ferunt ad salutem, aliæ ad interitum. Inter eundum ad interitum occurrunt Mulieres meretrices, *Incontinentia*, &c. illæ hominem amplexantur, utque ad Ἡδυπάθειαν intro eat, obsecrant. deinde absumptis facultatibus pœnæ tradunt in loco tenebroso puniendum, tandemque infelicitati reservatum in domum aliam conjiciunt. κακοδαιμονία hîc loci personam induit ut supra Ἡδυπάθεια, & suam habet sedem: altera verus est nequitiæ finis, altera speratus frustrà & falsò promissus. Eadem progressio & in tertio septo invenitur ad οἰκητήριον εὐδαιμόνων, patet itaque ex his felicium & infelicium domos esse diversas, diversas sedes. *Johns.*

τὴν ἄγουσαν αὐτὸν εἰς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, καθαρθεὶς ὑπ' αὐτῆς, σώζεται, καὶ μακάριος, καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ· εἰ δὲ μὴ, πάλιν πλανᾶται ὑπὸ τῆς ψευδοπαιδείας. Ξ. Ὦ Ἡράκλεις, ὡς μέγας ὁ κίνδυνος ἄλλος οὗτος. ἡ δὲ ψευδοπαιδεία, ποία ἐστίν; ἔφην ἐγώ. Γ. Οὐχ ὁρᾷς τὸν ἕτερον περίβολον ἐκεῖνον; Ξ. Καὶ μάλα, ἔφην ἐγώ. Γ. Οὐκοῦν ἔξω τοῦ περιβόλου πρὸ τὴν εἴσοδον, γυνή τις [1]ἕστηκεν, ἣ δοκεῖ πάνυ καθαρὰ, καὶ εὐτακτος εἶναι; Ξ. Καὶ μάλα. Γ. Ταύτην τοίνυν οἱ πολλοὶ, καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνθρώπων, παιδείαν καλοῦσιν. οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλὰ ψευδοπαιδεία, ἔφη. οἱ μέν τοι σωζόμενοι, ὁπόταν βούλωνται εἰς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἐλθεῖν, ὧδε πρῶτον πρὸς γίγνονται.

quæ ad *Veram Disciplinam* ipsum perducit, ab ea purgatus, servatur, & beatus, ac felix in omni vita existit: sin minus, iterum à *Falsa Disciplina* seducitur. H. Proh Hercules, quàm magnum & alterum hoc periculum! Hæc autem, inquam ego, *Falsa Disciplina*, quænam est? S. Annon vides, inquit, alterum illud septum? H. Ita sanè, inquam ego. S. Nonne extra id septum, ad aditum, mulier quæpiam stat, quæ valde munda, & composita esse videtur? H. Omnino. S. Hanc igitur multi ac vani homines *Disciplinam* vocant: non tamen, inquit, ea est, sed *Falsa Disciplina*. Attamen qui servantur, quando ad *Veram Disciplinam* venire volunt, huc primum accedunt.

1 Ἕστηκεν vice præsentis ἵστησι.

Ξ. Πότερον οὖν ἄλλη ὁδὸς οὐκ ἔστιν, ὅπῃ τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἄρουσα; Γ. Ἔστιν, ἔφη. Ξ. Οὗτοι δὲ οἱ ἄνθρωποι, οἱ ἔσω τοῦ φραγέλλου ἀναστρεφόμενοι, τίνες εἰσίν; Γ. Οἱ τῆς ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἐρασταὶ, ἠπατημένοι, οἰόμενοι μετὰ τῆς ἀληθινῆς παιδείας συνομιλεῖν. Ξ. Τίνες οὖν καλοῦνται οὗτοι; Γ. Οἱ μὲν, ποιηταὶ, ἔφη· οἱ δὲ, ῥήτορες· οἱ δὲ, διαλεκτικοί· οἱ δὲ, μουσικοί· οἱ δὲ, ἀριθμητικοί· οἱ δὲ, γεωμέτραι· οἱ δὲ, ἀστρολόγοι· οἱ δὲ, ἡδονικοί· οἱ δὲ, περιπατητικοί· οἱ δὲ, κριτικοί· καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις εἰσὶ παραπλήσιοι. Ξ. Αἱ δὲ γυναῖκες ἐκεῖναι, αἱ δοκοῦσαι περιτρέχειν, ὅμοιαι ταῖς πρώταις, ἐν αἷς ἔφης εἶναι τὴν ἀκρασίαν, καὶ αἱ ἄλλαι, αἱ μετ' αὐτῶν, τίνες εἰσίν; Γ. Αὗται ἐκεῖναί εἰσιν, ἔφη. Ξ. Πότερον οὖν κἀνθάδε εἰσπορεύονται; Γ. Νὴ

H. Nunquid igitur alia via nulla eſt, quæ ad *Veram Diſciplinam* ducit? S. Eſt, inquit. H. Hi verò homines, qui intra ſeptum obambulant, quinam ſunt? S. *Falſæ*, inquit, *Diſciplinæ* amatores, decepti, credentes ſe cum *Verâ Diſciplinâ* verſari. H. Quinam igitur hi vocantur? S. Alii, inquit, Poëtæ; alii, Rhetores; alii, Dialectici; alii, Muſici; alii, Arithmetici; alii, Geometræ; alii, Aſtrologi; alii, Voluptarii; alii, Peripatetici; alii, Critici, & quicunque alii his ſimiles exiſtunt. H. Verum iſtæ mulieres, quæ circumcurſare videntur; primis ſimiles, inter quas eſſe dicebas *Incontinentiam*; cæteræque cum illis verſantes; quænam ſunt? S. Illæ ipſæ ſunt, inquit. H. Nunquid igitur & huc ingrediuntur? S. Per

δία, καὶ ὧδε· σπανίως δὲ, καὶ οὐχὶ ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. Ξ. Πότερον οὖν καὶ αἱ δόξαι; Γ. Ναὶ, ἔφη. ἔτι μὲν γὰρ καὶ ἐν τούτοις τὸ πόμα, ὃ ἔπιον παρὰ τῆς ἀπάτης, καὶ ἡ ἄγνοια, μένει, νὴ δία, καὶ μετ' αὐτῆς γε ἡ ἀφροσύνη. καὶ οὐ μὴ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτῶν οὔθ' ἡ δόξα, οὔθ' ἡ λοιπὴ κακία, μέχρις ἂν ἀπογνόντες τῆς ψευδοπαιδείας, εἰσέλθωσιν εἰς τὴν ἀληθινὴν ὁδὸν, καὶ πίωσι τὴν τούτου καθαρτικὴν δύναμιν, καὶ ἐκβάλωσι τὰ κακὰ πάνθ' ὅσα ἔχουσι, καὶ τὰς δόξας, καὶ τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν κακίαν. τότε ἂν οὕτω σωθήσονται. ὧδε δὲ μένοντες παρὰ τῇ ψευδοπαιδείᾳ, οὐδέποτε ἀπολυθήσονται, οὐδὲ ἐλλείψει αὐτοὺς κακὸν οὐδὲν, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων. Ξ. Ποία οὖν αὕτη ὁδός ἐστιν, ἡ φέρουσα ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν παιδείαν; Γ.

Jovem, & huc. rarò tamen, nec ita uti in primo ſepto. H. Num verò & *Opiniones*. S. Certe, inquit. Namque & in his manet potio illa adhuc, quam ab *Impoſturâ* hauſerant, adeoque *Inſcitia* per Jovem, cumque ea *Amentia*. Neque verò ab illis receſſerit aut Opinio, aut reliqua vitiorum caterva, antequam, repudiatâ *Falſa Diſciplina*, in veram viam ingreſſi fuerint, & illius vim purgatoriam ebiberint, ejecerintque quæcunque habent mala, & *Opiniones*, atque *Inſcitiam*, omnemque reliquam pravitatem. Tum demum ita ſalvi evaſerint. At ſi hîc apud *falſam Diſciplinam* maneant, nunquam exſolventur; nec horum ſtudiorum causâ ullum malum illos relinquet. H. Cujuſmodi igitur hæc via eſt, quæ ad *Veram Diſciplinam* ducit? S.

Ὁρᾷς, ἔφη, ἄνω τόπον τινὰ ἐκεῖνον, ὅπου οὐδεὶς ἐπιχωριοικεῖ, ἀλλ' ἔρημος δοκεῖ εἶναι; Ξ. Ὁρῶ. Γ. Οὐκοῦν καὶ θύραν τινὰ μικρὰν, καὶ ὁδόν τινα πρὸς τῇ θύρᾳ, ἥτις οὐ πολὺ ἀφεστηκεν; ἀλλὰ πάνυ ὀλίγοι πορεύονται, ὥσπερ δυσαναβάτου τινὸς, καὶ τραχείας, καὶ πετρώδους εἶναι δοκούσης; Ξ. Καὶ μάλα, ἔφην. Γ. Οὐκοῦν καὶ βουνός τις ὑψηλὸς δοκεῖ εἶναι, καὶ ἀνάβασις τὴν πάνυ καὶ κρημνοὺς ἔχουσα ἔνθεν κἀκεῖθεν βαθεῖς; Ξ. Ὁρῶ. Γ. Αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἔφη, ἡ ἄγουσα πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. Ξ.

Videſne, inquit, ſuperius locum quendam illum, ubi nullus inhabitat, ſed qui deſertus eſſe videtur. H. Video. S. Nonne & januam quandam parvam, viamque aliquam ad januam, quæ non multum frequentatur: valdè autem pauci hâc incedunt, ut quæ adſcenſu difficilis, & aſpera, ac ſaxoſa eſſe videatur. H. Ita ſanè inquam. S. Annon & collis quidam excelſus eſſe videtur, & adſcenſus arctus admodum & profunda hinc & illinc præcipitia habens? H. Video. S. Hæc igitur, inquit, via eſt, quæ ad *Veram Diſciplinam* ducit; H.

---

1 De aſperitate viæ ducentis ad virtutem *Simonides*, citante *Clemente Alexandrino* 4. Στρωμ. Ἐν τοις λόγοις τῶν ἀρχαίων τοῦτο δυσμεδέστοις ἐπὶ πίτρωμις, νῦν δὲ μὴν θοὰν χῶρον ἀγχοῦ ἀμφίπλοις ἄκρα, πάντων βλεφάροις θνητῶν ἵεσθαι τοῦ, ὦ μὴ δικέδυμος ἱδρὼς ἀνδρῶν μόλῃ, ἔσπε' ἀνδρὸς ἀνδρείας. Ibidem apud *Clementem Æſchylus*.

Τῷ πονοῦντι δ' ὑπ' ἀνδρῶν ἀφελείαν
Τέτυκται τᾶς πόνος ἐλίσσει.

Pindarus ult. *Pyth.*

Εἰ δέ τις ἄλβος ἐπ' ἀνθρώποισιν, ἄπιν
Καμόντι ἐ φαίνειν.

Idem alibi:

Λάπιον δ' ἔλαιον χαίρει πᾶσι τιθέν.

Καὶ μάλα γε χαλεπὴ προσιδεῖν. Γ. Οὐκοῦν καὶ ἄνω γε, περὶ τὸν βουνὸν, ὁρᾷς πέτραν μεγάλην, καὶ ὑψηλὴν, κύκλῳ ἀπόκρημνον; Ξ. Ὁρῶ, ἔφην. Γ. Ὁρᾷς οὖν καὶ γυναῖκας δύο, ἑστηκυίας ἐπὶ τῆς πέτρας, λιπαρὰς, καὶ εὐεκτούσας τῷ σώματι, καὶ ὡς ἐκτετάκασι τὰς χεῖρας προθύμως; Ξ. Ὁρῶ. ἀλλὰ τίνες καλοῦνται, ἔφην, αὗται; Γ. Ἡ μὲν [1] ἐγκράτεια καλεῖται, ἔφη· ἡ δὲ, καρτερία. εἰσὶ δὲ ἀδελφαί. Ξ. Τί οὖν τὰς χεῖρας ἐκτετάκασιν οὕτω προθύμως; Γ. Παρακαλοῦσιν, ἔφη, τοὺς παραγινομένους ἐπὶ τὸν τόπον, θαρρεῖν, καὶ μὴ ἀποδειλιᾷν, λέγουσαι· ὅτι βραχὺ ἔτι δεῖ καρτερῆσαι

Et quidem aspectu valde formidolosa. S. Porrò videsne quoque suprà, circa collem, magnam, & excelsam, circumcirca præruptam rupem? H. Video, inquam. S. Vides præterea duas mulieres, supra rupe stantes, nitidas, & bona corporis habitudine, & quam alacriter manus protenderint? H. Video: sed quænam hæ vocantur, inquam? S. Altera, inquit, *Continentia* vocatur; altera, *Tolerantia*. sunt autem sorores. H. Quid igitur manus promptè adeò protenderunt? S. Hortantur, inquit, eos, qui ad hoc loci veniunt, confidere, &, animo esse intrepido, dicentes; paululum eos to-

1 Continentia, quod ex Ethicis patet, versatur circa voluptates, uti tolerantia circa labores, quos jubet magno animo ferre, ut illa voluptates spernere. Proinde *Epictetus* in omni vitâ jussit *tolerare* & *abstinere*. Quippe horsum pertinet celebre illud dictum ipsius, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου, *sustine & abstine*. Quibus duobus mandatis omnem virtutum chorum sibi videbatur complexus. *Snecanus.*

αὐτοὺς, εἶτα ἥξουσιν εἰς ὁδὸν καλήν. Ξ. Ὅταν οὖν προσγένωνται ὅπῃ τὴν πέτραν, πῶς ἀναβαίνουσιν; ὁρῶ γὰρ ὁδὸν φέρουσαν οὐδεμίαν ἐπ' αὐτήν. Γ. Αὗται ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ πρῶτον καταβαίνουσι, καὶ ἕλκουσιν αὐτοὺς ἄνω πρὸς ἑαυτάς· εἶτα κελεύουσιν αὐτοὺς ἀναπαύσασθαι· καὶ μετὰ μικρὸν δίδασιν ἰσχὺν καὶ θάρσος, καὶ ἐπαγγέλλονται αὐτοὺς καταστήσαι πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, καὶ δεικνύουσιν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, ὡς ἔστι καλή τε καὶ ὁμαλὴ, καὶ εὐπορευτος, καὶ καθαρὰ παντὸς κακοῦ, ὥσπερ ὁρᾷς. Ξ. Ἐμφαίνει, νὴ Δία. Γ. Ὁρᾷς οὖν, ἔφη, καὶ ἔμπροσθεν τοῦ ἄλσους ἐκείνου τόπον τινὰ, ὃς δοκεῖ καλός τε εἶναι, καὶ λειμωνοειδὴς, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενος; Ξ. Καὶ μάλα. Γ. Κατανοεῖς οὖν καὶ ἐν μέσῳ τοῦ λειμῶνος πρασιὰν ἑτέραν καὶ πύλην

lerare debere, in bonam viam deinde venient. H. Ubi ergo ad rupem venerint, quomodo adscendunt? nullam enim semitam video ad eam ferentem. S. Illæ de præcipitio descendunt, eosque sursum ad se trahunt: deinde eos quiescere jubent. & paulo post dant *Robur*, ac *Fiduciam*, & pollicentur, se ad *Veram Disciplinam* eos perducturas: monstrant interim ipsis viam, ut & amœna sit, & plana, & expedita, & ab omni malo pura, quemadmodum vides. H. Adparet, per Jovem. S. Videsne vero, inquit, & ante istum saltum, locum quendam, qui amœnus esse videtur, & prati speciem præ se fert, multoque lumine illustratus? H. Omnino. S. Num ergo & in prato medio septum aliud animadvertis, & por-

ἑτέραν; Ξ. Ἔστιν οὕτως. Ἀλλὰ τίς καλεῖται ὁ τόπος οὗτος; Γ. Εὐδαιμόνων οἰκητήριον, ἔφη· ὧδε γὰρ διατρίβουσιν αἱ ἀρεταὶ πᾶσαι, καὶ ἡ εὐδαιμονία. Ξ. Εἶεν, ἔφην ἐγὼ, ὡς καλὸν τὸν τόπον εἶναι. Γ. Οὐκοῦν τὴν πύλην ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι γυνή τίς ἐστι καλὴ, καὶ καθεστηκυῖα τὸ πρόσωπον μέση δὲ ἡ κεκριμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ, στολὴν δ' ἔχουσα ἁπλῆν, καὶ ἀκαλλώπιστον; ἕστηκε δὲ οὐχ ὑπὸ τραγγύλου λίθου, ἀλλ' ὑπὸ τετραγώνου, ἀσφαλῶς κειμένου. καὶ μετὰ ταύτης ἄλλαι δύο εἰσὶ, θυγατέρες τινὲς δοκοῦσιν εἶναι. Ξ. Ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. Γ. Τούτων τοίνυν ἡ μὲν ἐν τῷ μέσῳ, παιδεία ἐστίν· ἡ δὲ, ἀλήθεια· ἡ δὲ, πειθώ. Ξ. Τί δὲ [1]ἕστηκεν ὑπὸ λίθου τετραγώνου αὕτη; Γ. Σημεῖον, ἔφη, ὅτι

tam aliam? H. Ita est. Sed quî hic locus adpellatur. S. *Beatorum domicilium*, inquit. Hîc enim vitam agunt *Virtutes* omnes, ipsaque *Beatitudo*. H. Esto, inquam ego, tantam esse loci amœnitatem, *quantam dicis*. S. Nonne vides ad portam, inquit, mulierem quandam pulchram, vultu composito, mediâ autem & integrâ jam ætate, simplici amictu, & cultu simplici indutam? Insistit autem non rotundo, sed quadrato lapidi, firmiter posito: duas item cum ea alias, quæ filiæ ipsius esse videntur? H. Hæc ita se habere adparet. S. Harum igitur illa, quæ in medio consistit, *Disciplina* est; ista, *Veritas*; hæc, *Suadela*. H. Quid verò hæc quadrato lapidi insistit? S. Signum, inquit, est,

[1] Hic & suprà vice præsentis ἕστηκεν ponitur, qualia sunt *novi*, *odi*, apud *Latinos*.

ἀσφαλής τε, καὶ βεβαία, ἡ πρὸς αὐτὴν ὁδὸς ἔστι τοῖς ἀφικνουμένοις, καὶ τῶν διδομένων ἀσφαλὴς ἡ δόσις τοῖς λαμβάνουσι. Ξ. Καὶ τίνα ἐστὶν, ἃ δίδωσιν αὕτη; Γ. Θάρσος, καὶ ἀφοβία, ἔφη ἐκεῖνος. Ξ. Ταῦτα δὲ τίνα ἐστίν; Γ. Ἐπιστήμη, ἔφη, τοῦ μηδὲν ἄν ποτε δεινὸν παθεῖν ἐν τῷ βίῳ. Ξ. Ἡράκλεις, ὡς καλά, ἔφην, τὰ δῶρα. Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἔξω τοῦ πρόθυρου ἕστηκεν οὕτως; Γ. Ὅπως τοὺς προσιόντας, ἔφη, θεραπεύῃ, καὶ ποτίζῃ τῇ [2] καθαρτικῇ δυνάμει. εἶθ' ὅταν καθαρθῶσιν, οὕτως αὐτοὺς εἰσάγῃ πρὸς τὰς ἀρετάς. Ξ. Πῶς τοῦτο, ἔφην

adeuntibus ad eam viam esse certam, firmamque, & datorum securam esse possessionem accipientibus. H. Et quæ sunt illa, quæ hæc donat. S. *Fiducia*, & *Intrepiditas*, inquit ille. H. Hæc autem quænam sunt? S. *Scientia*, inquit, nihil unquam in vita grave patiendi. H. Per Herculem, inquam, quam pulchra illa sunt dona! Sed quamobrem ita stat extra septum? S. Ut accedentibus, inquit, medeatur, & vim purgatricem propinet: & postea quam purgati fuerint, sic eos ad *Virtutes* introducat. H. Quomodo illud, inquam ego? neque

---

1 Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν, ἔξω τοῦ προθύρου ἵστηκεν οὕτως;] ἡ παιδεία scilicet, quæ παιδευτικὸν πάθος propinat. Verum enim judicium, quod Eruditio confert, aditus est ad virtutem, & voluntatem excitat. *Wolfius.*

2 Δύναμις καθαρτική.] Vis purgatrix est rationis explicatio, quâ vitij fœditas, & virtutis pulchritudo ostenditur: illius miseria, hujus felicitas. Sunt autem morbi non minus animi, quam corporis, ut insciția & error. Recensentur & cæteri: gloriositas, cupiditas, incontinentia, ira, avaritia, cum reliquo morborum animi grege. *Caselius.*

ἐγώ; οὐ χάρ ξυνίημι. Γ. Ἀλλὰ ξυνήσεις, ἔφη. ὡς ἂν εἴ τις [1] φιλοτίμως κάμνων ἐτύγχανε, πρὸς τὸν ἰατρὸν ἂν δήπου γενόμενος, πρότερον καθαρτικοῖς [2] ἐξέβαλε πάντα τὰ νοσοποιοῦντα· εἶτα οὕτως ἂν αὐτὸν ὁ ἰατρὸς εἰς ἀνάληψιν, καὶ ὑγίειαν, καθέσηκεν· εἰ δὲ μὴ ἐπείθετο οἷς ἐπέταττεν, εὐλόγως ἂν δήπου ἀπωθεὶς ἐξώλετο ὑπὸ τῆς νόσου. Ξ. Ταῦτα ξυνίημι, ἔφη ἐγώ. Γ. Τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον, ἔφη, καὶ πρὸς τὴν παιδείαν ὅταν τις προσίηται, θεραπεύει αὐτὸν, καὶ ποτίζει τῇ ἑαυτῆς δυνάμει, ὅπως ἐκκαθάρῃ πρῶτον, καὶ ἐκβάλῃ τὰ κακὰ πάντα, ὅσα ἔχων ἦλθε. Ξ. Ποῖα ταῦτα; Γ. Τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὴν πλάνην, ἣν ἐπεπώκει πρὸ τῆς

enim intelligo. S. At intelliges, inquit. Quemadmodum si quis fortè morbo graviter laborans, & ad medicum tandem veniens, priùs purgantibus medicamentis omnia, quæ morbo causam dederunt, ejiceret; sic purgatum postea medicus viribus ac sanitati restitueret; sin iis, quæ præciperentur, non paruerit, meritò rejectus, morbo perierit. H. Hæc intelligo, inquam ego. S. Ad eundem igitur, inquit, modum, ac *Disciplinam* quoque si quis accesserit, medicinam ipsi facit, & vim suam propinat, ut expurget primùm, ac ejiciat omnia mala, quæ secum attulit. H. Quænam hæc? S. *Ignorantiam*, atque *Errorem*, quem ab *Impostura* hausę-

1 Insolens hujus vocis vis est in hoc loco, sed quia studio honoris & ambitione vehementer ducuntur homines, ita qui quovis modo vehementer laborat φιλοτίμως laborare mento dicatur.

2 Ἐξέβαλε & καθίστησιν vim habere videntur præsentis temporis pro ἐκβάλλει & καθίστησι.

ἀπάτης, καὶ τὴν ἀλαζονείαν, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν ἀκρασίαν, καὶ τὸν θυμὸν, καὶ τὴν φιλαργυρίαν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, ὧν ἐνεπλήσθη ὁ πρῶτος περίβολος. Ξ. Ὅταν οὖν καθαρθῇ, ποῦ αὐτὸν ἀποστέλλει; Γ. Εἰδον, ἔφη, πρὸς τὴν ἐπιστήμην, καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς. Ξ. Ποίας ταύτας; Γ. Οὐχ ὁρᾷς, ἔφη, ἔσω τῆς πύλης χορὸν γυναικῶν, αἳ εὐειδεῖς δοκοῦσιν εἶναι, καὶ εὐτακτοι, καὶ τολὴν ἀτρύφερον, καὶ ἁπλῆν ἔχουσιν· ἔτι τε ὡς ἄπλαστοί εἰσι, καὶ ὀυδαμῶς κεκαλλωπισμέναι, ὥσπερ αἱ ἄλλαι; Ξ. Ὁρῶ, ἔφην. Ἀλλὰ τίνες αὗται καλοῦνται; Γ. Ἡ μὲν πρώτη, ἐπιστήμη, ἔφη, καλεῖται· αἱ δὲ ἄλλαι, ταύτης ἀδελφαὶ, ἀνδρεία, καὶ δικαιοσύνη, καλοκἀγαθία, σωφροσύνη, εὐταξία, ἐλευθερία, ἐγκράτεια, πραότης. Ξ. Ὦ καλλι-

rat, & *Arrogantiam*, & *Cupiditatem*, & *Incontinentiam*, & *Iram*, & *Avaritiam*, & reliqua omnia, quibus in primo ſepto repletus erat. H. Quando igitur purgatus fuerit, quò ipſum mittit? S. Intrò, inquit, ad *Scientiam*, & ad reliquas *Virtutes*. H. Quas verò illas? S. Annon vides, inquit, intra portam, cætum mulierum, quæ formoſæ videntur eſſe, & modeſtæ, quàmque inculto & ſimplici habitu induuntur? præterea ut quàm infucatæ, minimèque comptæ, ut reliquæ? H. Video, inquam. Sed quænam hæ appellantur? S. Prima, inquit, *Scientia* vocatur: cæteræ, hujus ſorores, ſunt *Fortitudo*, & *Juſtitia*, *Benignitas*, *Temperantia*, *Modeſtia*, *Libertas*, *Continentia*, *Manſuetudo*. H. O pulcherrimæ, inquam

σω, ἔφην ἔγωγε· ὡς ὰν μεγάλῃ ἐλπίδι ἐσμέν. Γ. Ἐὰν ζυνῆτε, ἔφη, καὶ ἕξιν περιποιήσεσθ' ὧν ἀκούετε. Ξ. Ἀλλὰ προσέξομεν ὡς μάλιστα, ἔφην ἔγωγε. Γ. Τοιγαροῦν, ἔφη, σωθήσεσθε. Ξ. Ὅταν οὖν δῆτα λάβωσιν αὐτὸν αὗται, ποῦ ἀπάγουσι; Γ. Πρὸς τὴν μητέρα, ἔφη. Ξ. Αὕτη δέ τίς ἐστιν; Γ. Εὐδαιμονία, ἔφη. Ξ. Ποία δέ ἐστιν αὕτη; Γ. Ὁρᾷς τὴν ὁδὸν ἐκείνην, τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸ [1] ὑψηλὸν ἐκεῖνο, ὅ ἐστιν ἀκρόπολις τῶν προβόλων πάντων; Ξ. Ὁρῶ. Γ. Οὐκοῦν ἐπὶ τοῦ προπυλαίου γυνὴ καθεζομένη εὐειδής τις κάθηται ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, κεκοσμημένη ἐλευθέρως, καὶ ἀπερίεργως, καὶ ἐστεφανωμένη στεφάνῳ εὐανθεῖ πάνυ καλῶς; Ξ. Ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. Γ. Αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία, ἔφη. Ξ.

ego, quàm magna in ſpe ſumus! S. Si intellexeritis, inquit, eorumque, quæ auditis, habitum adquiſiveritis. H. Enimverò attendemus quàm maximè, inquam ego. S. Quare, inquit, ſalvi evadetis. H. Cùm igitur hunc acceperint illæ, quò abducunt? S. Ad matrem, inquit. H. Hæc verò quæ eſt? S. *Beatitudo*, inquit. H. At quænam eſt illa? S. Videſne viam iſtam, ad faſtigium illud ferentem, quod omnium ſeptorum arx eſt? H. Video. S. Nonne in veſtibulo formoſa quædam mulier ſedet locata in alto ſolio, liberaliter ornata, ac non exquiſitè, eaque coronâ floridâ admodum bellè redimita? H. Id ita eſſe adparet. S. Hæc igitur eſt *Beatitudo* inquit. H.

---

1 Ὑψηλὸν] ſubaudi ὄρος.

Ὅταν οὖν ὧδέ τις παραγένηται, τί ποιεῖ; Γ. Στεφανοῖ αὐτὸν, ἔφη, τῇ ἑαυτῆς δυνάμει ἡ εὐδαιμονία, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι ἀρεταὶ, ὡς τὸν νενικηκότα τοὺς μεγίστους ἀγῶνας. Ξ. Καὶ ποίους ἀγῶνας νενίκηκεν αὐτός; ἔφην ἐγώ. Γ. Τοὺς μεγίστους, ἔφη· καὶ τὰ μέγιστα θηρία, ἃ πρότερον αὐτὸν κατήσθιε, καὶ ἐκόλαζε, καὶ ἐποίει δοῦλον. Ταῦτα πάντα νενίκηκε, καὶ ἀπέῤῥιψεν ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ κεκράτηκεν ἑαυτοῦ, ὥστε ἐκεῖνα νῦν τούτῳ δουλεύουσι, καθάπερ οὗτος ἐκείνοις πρότερον. Ξ. Ποῖα λέγεις ταῦτα τὰ θηρία; πάνυ γὰρ ὀπιθυμῶ ἀκοῦσαι. Γ. Πρῶτον μὲν, ἔφη, τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸν πλάνον. ἢ οὐ δοκεῖ σοι θηρία ταῦτα εἶναι; Ξ. Καὶ πονηρά γε, ἔφην ἐγώ. Γ. Εἶτα τὴν λύπην, καὶ τὸν ὀδυρμὸν, καὶ τὴν φιλαργυρίαν, καὶ τὴν ἀκρασίαν, καὶ τὴν λοιπὴν ἅπασαν κα-

Cum igitur huc quis advenerit, quid agit? S. Coronat ipsum, inquit, suâ potentiâ *Beatitudo*, & reliquæ *Virtutes* omnes, ut qui maximis certaminibus victor evaserit. H. At cujusmodi ille certaminibus victor extitit? inquam ego. S. Maximis, inquit; & feras maximas, quæ prius ipsum devorabant, & cruciabant, & servum faciebant, *devicit*. Hæc, *inquam*, devicit omnia, & à se projecit, seque ipsum superavit; adeo ut illa jam huic, quemadmodum hîc ante illis, serviunt. H. Quasnam illas feras dicis? hoc enim audire admodum cupio. S. Primùm, inquit, *Ignorantiam*, & *Errorem*, annon verò hæ tibi feræ esse videntur? H. Et verò pessimæ; inquam ego. S. Deinde *Mœstitiam*, & *Ploratum*, & *Avaritiam*, & *Incontinentiam*, & reliquam omnem

κίαν. πάντων τούτων κρατεῖ, καὶ οὐ κρατεῖται, ὥσπερ τὸ πρότερον. Ζ. Ὦ [1] καλῶν ἔργων, ἔφην ἐγὼ, καὶ καλλίστης νίκης. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἔτι μοι εἰπὲ, τίς ἡ δύναμις τοῦ στεφάνου, ᾧ ἔφης στεφανοῦσθαι αὐτόν; Γ. Εὐδαιμονικὴ, ὦ νεανίσκε. ὁ γὰρ στεφανωθεὶς ταύτῃ τῇ δυνάμει, εὐδαίμων γίνεται, καὶ μακάριος, καὶ οὐκ ἔχει ἐν ἑτέροις τὰς ἐλπίδας τῆς εὐδαιμονίας, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ. Ζ. Ὡς καλὸν τὸ νίκημα λέγεις. ὅταν δὲ στεφανωθῇ, τί ποιεῖ, ἢ ποῖ βαδίζει; Γ. Ἄγουσιν αὐτὸν ὑπολαβοῦσαι αἱ ἀρεταὶ, πρὸς τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅθεν ἦλθε πρότερον, καὶ δεικνύουσιν αὐτῷ τοὺς ἐκεῖ διατρίβοντας, ὡς κακῶς καὶ ἀθλίως ζῶσι, καὶ ὡς ναυαγοῦσιν ἐν τῷ βίῳ, καὶ πλανῶνται, καὶ ἄγονται κατακεκρατημένοι ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων· οἱ μὲν

pravitatem. His omnibus imperat, non paret, uti antè. H. O pulchra facinora, inquam ego, & pulcherrimam victoriam! Cæterùm illud insuper mihi dic; quænam vis est ejus coronæ, qua eum coronari ajebas? S. Beatifica, ô juvenis. Qui enim hac vi coronatus fuerit, felix est, & beatus, nec in aliis spem felicitatis habet; sed in semetipso. H. Quàm pulchram victoriam dicis! Postquam verò coronatus fuerit, quid facit, aut quo abit? S. Suscipiunt ipsum virtutes, & ad illum locum ducunt, unde priùs venerat, eique ostendunt, qui ibi versantur, quàm malè & miserè vivunt, utque in vita naufragium patiuntur, aberrantque, & quasi devicti ab hostibus ducuntur: alii, ab *Incon-*

1 Subauditur ἔνεκα.

ὑπ' ἀκρασίας· οἱ δὲ ὑπ' ἀλαζονείας· οἱ δὲ ὑπὸ φιλαργυρίας· οἱ δὲ ὑπὸ κενοδοξίας· ἕτεροι δὲ ὑφ' ἑτέρων κακῶν, ἐξ ὧν οὐ δύνανται ἐκλῦσαι ἑαυτοὺς τῶν δεινῶν, οἷς δέδεται, ὥστε σωθῆναι, καὶ ἀφικέσθαι ὧδε· ἀλλὰ ταράττονται διὰ παντὸς τοῦ βίου. τοῦτο δὲ πάσχουσι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν ἐνθάδε ὁδὸν εὑρεῖν. ἐπελάθοντο γὰρ τὸ παρὰ τοῦ δαιμονίου πρόσταγμα. Ζ. Ὀρθῶς μοι δοκεῖς λέγειν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν ἀπορῶ, διὰ τί δεικνύουσιν αὐτῷ τὸν τόπον ἐκεῖνον αἱ ἀρεταί, ὅθεν ἥκει τὸ πρότερον; Γ. Οὐκ ἀκριβῶς ᾔδει, οὐδὲ ἠπίστατο, ἔφη, οὐδὲν τῶν ἐκεῖ, ἀλλ' ἐνεδοίαζε, καὶ διὰ τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸν πλάνον, ὃν δὴ ἐπεπώκει, τὰ μὴ ὄντα ἀγαθὰ, ἐνόμιζεν ἀγαθὰ εἶναι, καὶ τὰ μὴ ὄντα κακὰ, κακά. διὸ καὶ ἔζη κακῶς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, οἱ ἐκεῖ διατρίβοντες. νῦν δὲ

tinentia; alii, ab *Arrogantia*; alii, ab *Avaritia*; alii, à *Vana Gloria*; alii, ab aliis malis: è quibus difficultatibus, quibus constricti tenentur, se exsolvere nequeant, ut serventur, atque huc adveniant; sed totâ vitâ turbantur. Hoc autem patiuntur, quod viam, quæ huc ducit, invenire nequeant. quippe præcepti obliti sunt à *Genio* dati. H. Rectè mihi dicere videris. Sed de hoc iterum ambigo; quare ipsi locum illum, è quo priùs venerat, *Virtutes* monstrent? S. Nihil eorum, quæ ibi essent, inquit, accuratè noverat, aut sciebat; sed dubitabat, propter *Inscitiam*, atque *Errorem*, quem biberat, & ea, quæ bona non erant, bona esse censebat; & mala, quæ non erant mala. Ideoque malè vivebat, uti reliqui, qui ibi versantur. Nunc

ἀπειληφὼς τὴν ἕξιν ἣν τῶν συμφερόντων, αὐτὸς τε καλῶς ζῇ, καὶ τούτους θεωρεῖ, ὡς κακῶς πράττουσιν. Ζ. Ἐπειδὰν οὖν θεωρήσῃ πάντα, τί ποιεῖ, ἢ ποῖ βαδίζει; Γ. Ὅπου ἂν βούληται, ἔφη. πανταχοῦ γὰρ ἔστιν αὐτῷ ἀσφάλεια, ὥσπερ τὸ [1] κωρύκιον ἄντρον ἔχοντι. καὶ πανταχοῦ οὖν ἂν ἀφίκηται, [2] πάντα καλῶς βιώσεται, μετὰ πάσης ἀσφαλείας. ὑποδέξονται γὰρ αὐτὸν ἀσμένως πάντες, καθάπερ τὸν ἰατρὸν οἱ πάσχοντες. Ζ. Πότερον οὖν καὶ ἐκείνας τὰς γυναῖκας, ἃς ἔφης θηρία εἶναι, οὐκ ἔτι φοβεῖται, μή τι πάθῃ ὑπ' αὐτῶν; Γ. Οὐδέν. οὐ μὴν διοχληθήσεται, οὔτε ὑπὸ λύπης, οὔτε ὑπ' ἀκρασίας, οὔτε ὑπὸ φιλαργυρίας, οὔτε ὑπὸ πενίας, οὔτε ὑπ'

autem rerum conducibilium ſcientiam conſecutus, & ipſe bene vivit, & illos, quàm malè vivant, contemplatur. H. Ubi igitur omnia contemplatus fuerit, quid agit, aut quò abit? S. Quocunque voluerit, inquit. Ubique enim præſidium ipſi præſtò eſt, tanquam Corycium antrum habenti: & quocunque venerit, in omnibus benè vivet, cum omni ſecuritate. Ipſum quippe omnes libentèr excipient, uti medicum ægroti. H. Num igitur & illas mulieres, quas feras eſſe ajebas, nihil ampliùs metuit, ne ab ipſis lædatur? S. Nullo modo: neque enim vexabitur ampliùs, aut à Triſtitia; aut ab Intemperantia; aut ab

1 Significat, locum hunc tutum & amænum eſſe, inſtar antri Corycii, cujus elegantem περιγραφὴν vide apud *Melam* cap. XIII. in deſcriptione Ciliciæ. Meminit ejus quoque *Strabo*, lib. 14. *Suecanus.*

2 Subauditur κατὰ.

ἄλλου κακοῦ οὐδενός. ἁπάντων γὰρ κυριεύει, καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶ τῶν πρότερον αὐτὸν λυπούντων. καθάπερ οἱ [1] ἐχιόδεκται. τὰ γὰρ θηρία δήπου, πάντας τοὺς ἄλλους κακοποιοῦντα μέχρι θανάτου, ἐκείνους οὐ λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον αὐτοὺς τοῦτο. καὶ τοῦτον οὐδὲν λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον. Ξ. Καλῶς ἐμοὶ δοκεῖς λέγειν. ἀλλ' ἔτι τοῦτό μοι εἰπὲ, τίνες εἰσὶν οὗτοι, οἱ δοκοῦντες ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ βουνοῦ παραγίγνεσθαι; καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἐστεφανωμένοι, ἔμφασιν ποιοῦσιν εὐφροσύνης τινός· οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι, καὶ τὰς κνήμας, καὶ

Avaritia; aut à Paupertate; aut ab ullo alio malo: quippe omnibus dominatur, & ſupra omnia eſt, quæ ipſum antea triſtitiâ adficiebant; quemadmodum Viperarii. Hæ enim beſtiæ, cum cæteros omnes ad mortem uſque lædant, illis non nocent, quia id remedii ipſi habeant. Ita quoque hunc nihil lædit; quod remedium habeat. H. Rectè mihi dicere vidéris. Verùm hoc mihi præterea narra, quinam illi ſunt, qui inde à colle iſto adveniunt? quorum alii coronati, ſpeciem lætitiæ cujuſdam præ ſe ferunt: alii non coronati, & deſperabundi tibiis &

1 Vide notas *Caſauboni* & varias ibi conjecturas. Cur non & ego meam ſymbolam conferam? lego itaque ἐχιόδεκται (*Viper Catchers*) ἃ δέχομαι capio. ita tollitur omnis diſputatio de ſanandis Viperæ Morſibus, Viperarum Morſu. Memini tamen me hæc verba alicubi legiſſe, & ni fallor apud *Bochartum*, cujus non eſt copia in præſens. *Eudamus* annulos confecit contra Serpentes, qui ejuſmodi erant ut non ſolum homines ὀφιοδήκτους curarent, ſed & nè morderentur impedirent; qui propter præſentem remedii præſtantiam φαρμακῖται vocabantur. V. Schol. *Ariſtop.* in *Pluto*, p. 88. *Johnſ.*

τὰς κεφαλὰς ὀχοῦσι τετεῖφθαι, κατέχονται δὲ ὑπὸ γυναικῶν τίνων; Γ. Οἱ μὲν ἐστεφανωμένοι, σεσωσμένοι εἰσὶ πρὸς τὴν παιδείαν, καὶ εὐφραίνονται τετυχηκότες αὐτῆς· οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι ὑπὸ τῆς παιδείας, ἀναχάμπτουσι, κακῶς καὶ ἀθλίως διαφειμένοι· οἱ δὲ ὑποδεδειλιακότες, καὶ ἀναδεδοκηκότες πρὸς τὴν καρτερείαν, πάλιν ἀναχάμπτουσι, καὶ πλανῶνται ἀνοδίᾳ. Ξ. Αἱ δὲ γυναῖκες, αἱ μετ' αὐτῶν ἀκολουθοῦσαι, τίνες εἰσὶν αὗται; Γ. Λύπαι, ἔφη, καὶ ὀδύναι, καὶ ἀθυμίαι, καὶ ἀδοξίαι, καὶ ἄγνοιαι. Ξ. Πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν. Γ. Νὴ Δία, πάντα, ἔφη, ἀκολουθοῦσιν. Ὅταν δὲ οὗτοι παραγένωνται εἰς τὸν πρῶτον περίβολον, πρὸς τὴν ἡδυπάθειαν, καὶ τὴν ἀκρασίαν,

capitibus attritis esse videntur; detinentur autem à quibusdam mulieribus. S. Coronati ii sunt, qui ad *Disciplinam* sospites pervenerunt, eamque consecuti lætantur: at non coronati, alii desperatione a *Disciplinâ* recedunt, malè & miserè affecti; alii ignaviâ deterriti, licet ad *Tolerantiam* ascendissent, retro tamen iter flectunt, & nullo certo tramite vagantur. H. At mulieres istæ ipsos sequentes, quænam sunt? S. *Tristitiæ*, inquit, & *Anxietates*, & *Desperationes*, & *Ignominiæ*, & *Insciti*æ. H. Omnia mala ipsos sequi dicis. S. Per Jovem, omnia, inquit, sequuntur. Cæterùm hi, cùm ad primum septum, ad *Voluptatem*, & *Intemperantiam*, perve-

---

1 Primùm nulli se culpæ affines esse autumant, quando non sentiunt, cum quantis luctantur malis: quod est ipsis malorum principium & caput, ut insani in maximo morbo sunt, qui se

οὐχ ἑαυτοὺς αἰτιῶνται· ἀλλ' εὐθὺς κακῶς λέγουσι, καὶ τὴν παιδείαν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε βαδίζοντας, ὡς ταλαίπωροι, καὶ ἄθλιοί εἰσι, καὶ κακοδαίμονες· οἱ τὸν βίον τὸν παρ' αὐτοῖς ἀπολιπόντες, κακῶς ζῶσι, καὶ οὐκ ἀπολαύουσι τῶν παρ' αὐτοῖς ἀγαθῶν. Ξ. Ποῖα δὲ λέγουσιν ἀγαθὰ εἶναι; Γ. Τὴν ἀσωτίαν, καὶ τὴν ἀκρασίαν, ὡς εἴποι ἄν τις ὅπι κεφαλαίου. τὸ γὰρ εὐωχεῖσθαι βοσκημάτων [1] τέρπον, ἀπόλαυσιν μεγίστων ἀγαθῶν ἡγοῦνται εἶναι. Ξ. Αἱ δὲ ἕτεραι γυναῖκες, αἱ ἐκεῖθεν παραγινόμεναι, ἵλαραί τε καὶ γελῶσαι, τίνες καλοῦνται; Γ. Δόξαι, ἔφη καὶ ἀγαγοῦσαι πρὸς τὴν παιδείαν τοὺς εἰσελθόντας πρὸς τὰς ἀρετὰς, ἀναχάμπτουσιν, ὅπως ἑτέρους ἀγάγωσι, καὶ ἀναγεί-

nerint, non ſe ipſos incuſant; ſed ſtatim & *Diſciplina*, iiſque qui ibi incedunt, maledicunt; ut miſeri, ac calamitoſi, & infelices ſint: qui eâ vitâ, quam ipſi agant, relictâ, male vivunt, nec perfruuntur ipſorum bonis. H. Quænam verò bona eſſe dicunt? S. Luxuriam, & intemperantiam, ut quis ſummatim dixerit. Nam pecudum inſtar epulari, maximorum bonorum fruitionem eſſe cenſent. H. At aliæ mulieres, quæ inde adveniunt, hilares ridenteſque, quænam vocantur? S. *Opiniones*, inquit: ubi ad *Diſciplinam* perduxerint eos, qui ad virtutes ingreſſi ſunt, redeunt, ut alios adducant;

---

infanire nè ſuſpicantur quidem. Alterum eſt, quod oderunt παιδείαν eique faciunt convitium: quod & in artibus fit, ut quæ ignoramus, ea habeamus in viliſſimis; vulgo certè ita fieri experimur.

[1] Subaud. χρῆναι.

λωσιν, ὅτι εὐδαίμονες ἤδη γεγόνασιν, οὓς τότε ἀπήγαγον. Ξ. Πότερον οὖν, ἔφην ἐγὼ, αὗται εἴσω πρὸς τὰς ἀρετὰς εἰσπορεύονται; Γ. Ἔφη, οὔ. οὐ γὰρ θέμις, δόξαν εἰσπορεύεσθαι πρὸς τὴν ἐπιστήμην· ἀλλὰ τῇ παιδείᾳ παραδιδόασιν αὐτούς. εἶτα ὅταν ἡ παιδεία παραλάβῃ, ἀνακάμπτουσιν αὗται πάλιν, ἄλλους ἄξουσαι. ὥσπερ αἱ νῆες, [1] τὰ φορτία ἐξελόμεναι, πάλιν ἀνακάμπτουσι, καὶ ἄλλων τινῶν γεμίζονται. Ξ. Ταῦτα μὲν δὴ καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφην, ἐξηγῆσθαι· ἀλλ' ἐκεῖνο οὐδέπω ἡμῖν δεδήλωκας, τί προστάττει τὸ δαιμόνιον τοῖς εἰσπορευομένοις εἰς τὸν βίον ποιεῖν; Γ. Θαῤῥεῖν, ἔφη. διὸ καὶ ὑμεῖς θαῤῥεῖτε· πάντα γὰρ ἐξηγήσομαι, καὶ οὐδὲν παραλείψω. Ξ. Καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. Γ. Ἐκτείνας οὖν τὴν

& nuncient eos, quos modò abduxére, jam factos esse beatos. H. Num verò, inquam ego, hæ ad *Virtutes* introëunt? S. Ajebat, non. Neque enim fas est, *Opinionem* ad *Scientiam* ingredi; sed *Disciplinæ* illos tradunt: quos ubi *Disciplina* acceperit, hæ redeunt rursus, alios adducturæ. Quemadmodum naves, expositis oneribus, iterum regrediuntur, & aliis quibusdam implentur. H. Hæc sanè, inquam, egregiè mihi explicasse vidéris: sed illud necdum nobis declarâsti, quid *Genius* in vitam ingredientibus facere præcipiat. S. Bono animo esse, inquit. Quare & vos este bono animo: omnia enim explicabo, & nihil prætermittam. H. Rectè dicis, inquam ego. S. Extensâ igitur ite-

1 Subaud. κατά.

χεῖρα πάλιν, ὁρᾶτε, ἔφη, τὴν γυναῖκα ἐκείνην, ἣ δοκεῖ τυφλή τις εἶναι, καὶ ὅπι λίθου προγγύλου ἑστᾶσα, ἣν καὶ ἄρτι ὑμῖν εἶπον, ὅτι τύχη καλεῖται; Ξ. Ὁρῶμεν. Γ. Ταύτῃ κελεύει, ἔφη, μὴ πιστεύειν, καὶ βέβαιον μηδὲν πιστεύειν, μηδὲ ἀσφαλὲς ἔχειν, ὅ, τι ἂν παρ' αὐτῆς λάβῃ τις, μηδὲ ὡς ἴδια ἡγεῖσθαι. οὐδὲν γὰρ κωλύει ταῦτα πάλιν ἀφελέσθαι, καὶ ἑτέρῳ δοῦναι. πολλάκις γὰρ τοῦτο εἴωθε ποιεῖν. καὶ διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν κελεύει, μὴ πρὸς τὰς αὐτῆς δόσεις ἥττους γίγνεσθαι· καὶ μήτε χαίρειν, ὅταν διδῷ, μήτε ἀθυμεῖν, ὅταν ἀφέληται· καὶ μήτε ψέγειν αὐτὴν, μήτε ἐπαινεῖν. οὐδὲν γὰρ ποιεῖ μετὰ λογισμοῦ, ἀλλ' εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, πάντα· ὥσπερ πρότερον ὑμῖν ἔλεξα. διὰ τοῦτο οὖν τὸ δαιμόνιον κελεύει μὴ θαυμάζειν, ὅ, τι ἂν πράττῃ αὕτη, μηδὲ

rum manu, videtis, inquit, mulierem illam, quæ cœca quædam esse videtur, & rotundo lapidi insistere, quam & modò, *Fortunam* adpellari, vobis dicebam? H. Videmus. S. Huic, inquam, non credere jubet: & persuasum habere, nihil firmi certique inesse iis, quæ quis ab ea acceperit, nec ut propria esse ducenda. Nihil enim vetat hæc rursus eripere, & alii dare. id quod sæpe facere solet. Hanc igitur ob causam quoque jubet, animum donis ejus invictum habere: & nec gaudere, cùm dederit; nec exanimari, cùm eripuerit: atque nec vituperare eam, nec laudare. Nihil enim agit cum ratione; sed temerè, & ut libitum fuerit, omnia, quemadmodum antè vobis dixi. Propterea igitur *Genius* jubet, non admirari, quodcunque hæc fe-

γίγνεσθαι ὁμοίους τοῖς κακοῖς τραπεζίταις. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, χαίρουσι, καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι· ὅταν δὲ [1] ἀπαιτῶνται, ἀγανακτοῦσι, καὶ [2] δεινὰ οἴονται πεπονθέναι, οὐ μνημονεύοντες, ὅτι [3] ὅπῃ τούτῳ ἔλαβον τὰ χρήματα, ἐφ' ᾧ οὐδὲν κωλύει τὸν χρήσαντα πάλιν [4] κομίσασθαι. ὡσαύτως τοίνυν κελεύει ἔχειν τὸ δαιμόνιον, καὶ πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς δόσιν· καὶ μνημονεύειν, ὅτι τοιαύτην ἔχει φύσιν ἡ τύχη, ὥστε, ἃ δέδωκεν, ἀφελέσθαι, καὶ ταχέως πάλιν δοῦναι πολλαπλάσια· αὖθις δὲ ἀφελέσθαι, ἃ δέδωκεν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰ προϋπάρχοντα. ἃ χρὴν διδῷ,

cerit, nec improbis menſariis fieri ſimiles. Etenim hi, cum pecuniam ab hominibus accipiunt, gaudent, & propriam eſſe cenſent: cum autem repetitur, indignantur, & iniqua pati putant; non recordantes, eâ conditione depoſitam ſe accepiſſe, ut abſque ullo impedimento creditor reciperet. Eodem igitur modo *Genius* jubet homines etiam erga iſtius dona adfectos eſſe; ac meminiſſe, hujuſmodi naturâ eſſe *Fortunam*, ut, quæ dedit, eripiat; & ſtatim rurſus multiplicia donet; iterum verò eripiat, quæ dederat; nec ſola ea, ſed etiam quæ quis antè poſſidebat. Quæ igitur donet, ab

1 Dubitatur paſſivè an activè capienda ſit vox iſta. Utrum Creditores an Trapezitæ ſit Nominativus. Videtur paſſivè potius accipi. Anglicè, *When they are called upon for it again.*

2 Subaud. πάσχειν.

3 Τῷ μέσῳ. *Eatenus*, ut nihil impediret quo minus Creditor depoſitam reciperet pecuniam.

4 Subaud. τὸ δίκαιον.

κελεύει λαμβάνειν παρ' αὐτῆς, καὶ ξυντόμως ἀπελθεῖν ἔχοντα πρὸς τὴν βεβαίαν, καὶ ἀσφαλῆ δόσιν. Ε. Ποίαν ταύτην; ἔφην ἐγώ. Γ. Ἣν λήψονται παρὰ τῆς παιδείας, ἣν ἀφροσωλῶσιν ἐκεῖ. Ξ. Αὕτη οὖν τίς ἐστιν; Γ. Ἡ ἀληθὴς ἐπιστήμη, ἔφη, τῶν ξυμφερόντων, καὶ ἀσφαλὴς δόσις, καὶ βεβαία, καὶ ἀμετάβλητος. φεύγειν οὖν κελεύει ξυντόμως πρὸς ταύτην· καὶ ὅταν ἔλθωσι πρὸς τὰς γυναῖκας ἐκείνας, ἃς ἐγὼ πρότερον εἶπον, ὅτι ἀκρασία, καὶ ἡδυπάθεια καλοῦνται, καὶ ἐντεῦθεν κελεύει ξυντόμως ἀπαλλάττεσθαι, καὶ μὴ πιστεύειν μηδὲ ταύταις μηδὲν, ἕως ἂν πρὸς τὴν ψευδοπαιδείαν ἀφίκωνται. κελεύει οὖν αὐτοῖς χρόνον τινὰ ἐνδιατρίψαι, καὶ λαβεῖν ὅ, τι ἂν βούλωνται παρ' αὐτῆς, ὥσπερ ἐφόδιον· εἶτα ἐντεῦθεν ἀπέναι πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ξυντό-

illa accipere jubet, ac cum iis ſine mora abire ad firmum, & certum donum. H. Ecquod illud? inquam ego. S. Quod à *Diſciplina* accepturi ſunt, ſi ibi ſerventur. H. Quodnam autem hoc eſt? S. *Vera Scientia*, inquit, rerum utilium, & certum donum, & firmum, & immutabile. Quare ſtatim ad hanc fugere jubet; cumque ad illas mulieres venerint, quas *Intemperantiam*, & *Voluptatem* vocari, etiam antè dixi, iſtinc itidem ſubito jubet diſcedere, neque his ulla in re fidem habere, donec ad *Falſam Diſciplinam* pervenerint. Atque hîc aliquamdiu commorari eos jubet, &, quodcunque voluerint, ab ipsâ ſumere, quaſi viaticum: poſtea hinc rectà abire ad *Veram Diſciplinam*.

μως. ταῦτ' ἐστὶν, ἃ προστάσσει τὸ δαιμόνιον. ὅστις τοίνυν [1] παρ' αὐτά τι ποιεῖ, ἢ παρακούει, ἀπόλλυται κακὸς κακῶς. ὁ μὲν δὴ μῦθος, ὦ ξένοι, ὁ ἐν τῷ πίνακι, τοιοῦτος ἡμῖν ἐστιν. εἰ δὲ δεῖ τι προσπυθέσθαι περὶ ἑκάστου τούτων, οὐδεὶς φθόνος· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν φράσω. Ξ. Καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἀλλὰ τί κελεύει αὐτοὺς τὸ δαιμόνιον λαβεῖν παρὰ τῆς ψευδοπαιδείας; Γ. Ταῦθ' ἃ δοκεῖ εὔχρηστα εἶναι. Ξ. Ταῦτ' οὖν τίνα ἐστί; Γ. Γράμματα, ἔφη, καὶ τὰ τῶν ἄλλων μαθημάτων, [2] ἃ καὶ Πλάτων φησὶν, ὡσανεὶ χαλινοῦ τινος δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα περισπῶνται. Ξ. Πότερον δὲ ἀνάγκη ταῦτα λαβεῖν, εἰ μέλλοι τὶς ἥξειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, ἢ οὔ; Γ. Ἀνάγκη μὲν οὐδεμία, ἔφη· χρήσιμα

Hæc ſunt quæ *Genius* præcipit. Quiſquis igitur aliter quidquam facit, aut negligit, malus male perit. Atque hujuſmodi eſt fabula illa, ô hoſpites, quæ in tabulâ continetur. Si quid verò de his ſingulis ulterius interrogare libet, nulla erit in me mora, ſego enim vobis dicam. H. Rectè dicis, inquam ego. Quidnam verò jubet eos *Genius* accipere à *Falſa Diſciplina*? S. Ea quæ videntur eſſe utilia. H. Quæ verò ſunt iſta? S. Literæ, inquit, & aliæ diſciplinæ, quas etiam Plato ait, quaſi fræni cujuſdam vim habere apud adoleſcentes, ne ad alia diſtrahantur. H. Utrum verò neceſſe eſt hæc accipere, ſi quis ad *Veram Diſciplinam* venturus ſit; an non? S. Nulla quidem neceſſitas, inquit;

1 Παρ' αὐτὰ] ἐπιστάγματα.
2 Vide *Platonem* 7. de LL. & *Zenophontem* ἀπομνη. 4. *Caſelius*.

μέν τοί ἐστι. πρὸς δὲ τὸ βελτίους γενέσθαι οὐδὲν συμβάλλεται ταῦτα. Ξ. Οὐδὲν ἄρα λέγεις ταῦτα χρήσιμα εἶναι, πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι ἄνδρας; Γ. Οὐδέν. ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίους γενέσθαι· ὅμως δὲ οὐκ ἄχρηστα καὶ ἐκεῖνά ἐστιν. ὡς γὰρ δι' ἑρμηνέως συμβάλλομεν τοῖς λεγόμενά ποτε, ὅμως μέν τοί γε οὐκ ἄχρηστον ἦν, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν φωνὴν ἀκριβεστέραν ἔχειν, καὶ ἤν τι συνήκαμεν· οὕτω ἄνευ τούτων τῶν μαθημάτων οὐδὲν κωλύει βελτίους γενέσθαι. Ξ. Πότερον οὐδὲν προσέχουσιν οὗτοι οἱ μαθηματικοὶ, πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; Γ. Πῶς μέλλουσι προσέχειν, ἐπειδὰν φαίνωνται ἠπατημένοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, καὶ ἔτι κατεχόμενοι ὑπὸ πάσης κακίας; οὐδὲν γὰρ κωλύει εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ κατέχειν τὰ

utilia nihilominus ſunt: at ut meliores evadamus, nihil iſta conferunt. H. Nihil ergo utilitatis hæc adferre ais, ut meliores homines evadant? S. Nihil. Licet enim vel abſque illis meliores fieri: non tamen & ipſa ſunt inutilia. Quemadmodum enim per interpretem interdum ſermones conferimus, nec tamen inutile erat, nos ipſos linguam illam accuratius callere, quamvis aliquid *per interpretem* perceperimus; ſic quoque ſine his diſciplinis meliores fieri nihil impedit. H. Nihil ergo magis proficiunt hi diſciplinarum ſectatores, ad ſe reddendos meliores cæteris hominibus? S. Quomodo præſtarent cæteris, cum eos de bonis & malis, æquè ac alios, deceptos eſſe adpareat, & ab omni pravitate adhuc detineri? Nihil enim vetat

μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον, καὶ ἄδικον, καὶ περιδότην, καὶ τὸ πέρας ἄφρονα. Ξ. Ἀμέλει πολλοὺς τοιούτους ἔστιν ἰδεῖν. Γ. Πῶς οὖν οὗτοι ὠφέλουσιν, ἔφη, εἰς τὸ βελτίους ἄνδρας γενέσθαι, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων; Ξ. Οὐδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτου τοῦ λόγου. ἀλλὰ τί ἐστιν, ἔφην ἐγὼ, τὸ αἴτιον; Γ. Ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ ἀφικνοῦνται, ὥσπερ ἐγγίζοντες πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. Ξ. Καὶ τί τοῦτο ὠφελεῖ αὐτοὺς, ἔφη; ὅταν πολλάκις ἔστιν ἰδεῖν παραγιγνομένους, ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου, ἀπὸ τῆς ἀκρασίας, καὶ τῆς ἄλλης κακίας εἰς τὸν τρίτον περίβολον, πρὸς τὴν παιδείαν τὴν ἀληθινὴν, οἱ τούτους τοὺς [1] μαθηματικοὺς παραλάττουσιν; Γ.

literas scire, & doctrinam omnem percepisse, æquè tamen ebriosum, & incontinentem esse, & avarum, & injustum, & proditorem, & denique amentem. H. Cujusmodi sanè multos videre est. S. Quomodo igitur, inquit, illi præstant, ut meliores viri evadant ob has disciplinas? H. Ex hac quidem oratione id nullo modo fieri posse adparet. Sed quid causæ est? inquam ego. S. Quoniam in secundo septo tempus terunt, tanquam *Veræ Disciplinæ* adpropinquantes. H. Et quid hoc, inquit, eos juvat? Quando sæpe videre est, ex primo septo, ab *Incontinentia*, & reliqua pravitate, ad tertium septum ad *Veram Disciplinam* pervenientes, qui hos disciplinis addictos prætereunt. S. Quâ

1 i. e. Mathematicorum septum.

[1] Ὥστε, πῶς ἔτι προέχουσιν ἄρα, ἢ ἀκινητότεροι, ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι; Ξ. Πῶς, ἔφην, τοῦτο, ἐγώ; Γ. Ὅτι οἱ ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ, εἰ μηδὲν ἄλλο, προσποιοῦνταί γε ὑπίστασθαι, ἃ οὐκ οἴδασιν. ἕως δ' ἂν ἔχωσι ταύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτους αὐτοὺς ἀνάγκη εἶναι, πρὸς τὸ ὁρμᾶν πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. εἶτα τὸ ἕτερον οὐχ ὁρᾷς; ὅτι καὶ αἱ δόξαι ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου εἰσπορεύονται πρὸς αὐτοὺς ὁμοίως; ὥστε οὐδὲν οὗτοι ἐκείνων βελτίους εἰσὶν, ἐὰν μὴ καὶ τούτοις συμῇ μεταμέλεια, καὶ πεισθῶσιν, ὅτι οὐ παι-

igitur in re præstant *indoctis*, cum ipsi tardiores sint, aut indociliores ad veram scientiam addiscendam? H. Quomodo hoc? inquam ego. S. Quoniam qui sunt in secundo septo, si nihil aliud, præ se ferunt, se ea scire, quæ nesciunt. Donec autem hanc opinionem retinent, necesse est eos omnino tardos esse ad *Veram Disciplinam* expetendam. Deinde alterum illud non vides, similiter quoque *Opiniones* è primo septo ad eos ingredi? Quare hi nihilo illis sunt meliores, nisi quoque his adsit *Pœnitentia*, persuasumque habuerint non *Disci-*

---

1 *Salm.* in Præfat. quâ in re præstant indoctis inquit *Cebes* quò citiùs perveniant ad scientiam boni, cum ipsi indociliores sæpe sint, & tardiores ad eam Artem addiscendam, quæ sola vera est & summi boni magistra? Ità enim legenda Græca apud *Cebetem*, quæ vulgo corruptissima sunt, ὥστε πῶς ἔτι προέχουσι ἄρα, οἱ ἀκινητότεροι ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι; Respondet alter ac quærit, quomodo id fieri possit, ut qui artes liberales didicerint, &c. Rationem reddit senex, quòd qui in secundo septo habitant, artium nempe doctores liberalium, simulant se scire quod nesciunt; Et dum putant se veram adeptos esse Scientiam; eo redduntur ad eam persequendam ineptiores.

δείαν ἔχουσιν, ἀλλὰ ψευδοπαιδείαν, δι' ἣν ἀπατῶνται. οὕτω δὲ ἀμαχείμθυοι, οὐκ ἄν ποτε σωθεῖεν. καὶ ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ξένοι, ἔφη, οὕτω ποιεῖτε, καὶ ἐναμπίσβετε τοῖς λεγομθύοις, μέχρις ἂν ἕξιν λαβεῖν. ἀλλὰ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις δεῖ διανοεῖσθαι, καὶ μὴ ἀμελεῖν· τὰ δὲ ἄλλα πάρεργα ἡγήσασθαι. εἰ δὲ μή, οὐδὲν ὄφελος ἔσται, ὧν νῦν ἀκούετε. Ξ. Ποιήσομεν. τοῦτο δὲ ἐξήγησαι, πῶς οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ, ὅσα λαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι παρὰ τῆς τύχης; οἷον, τὸ ζῆν, τὸ ὑγιαίνειν, τὸ πλουτεῖν, τὸ εὐδοξεῖν, τὸ τέκνα ἔχειν, τὸ νικᾶν, καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα τούτοις παραπλήσια· ἢ πάλιν τὰ ἐναντία, πῶς οὐκ ἔστι κακά; πάνυ γὰρ ἡμῖν παράδοξον, καὶ ἄπιστον δοκεῖ τὸ λεγόμθυον. Γ. Ἄγε τοίνυν, πειρῶ, ἔφη, ἀποκείνασθαι τὸ φαινόμθυον, περὶ ὧν ἄν σε ἐρωτῶ. Ξ. Ἀλλὰ ποιήσω

plinam ſe habere, ſed *Falſam Diſciplinam*, per quam decipiuntur. Aque ita affecti ſalvi eſſe neqneunt. Et vos igitur, ô hoſpites, inquit, ita agite, & immoramini prædictis, donec habitum comparaveritis. Quin de iiſdem ſæpius conſiderandum & nihil intermittendum: cætera autem ſupervacanea ſunt ducenda. Sin minus, nulli uſui erunt, quæ modò auditis. H. Faciemus. Hoc verò explica, quomodo bona non ſint, quæ homines à *Fortuna* accipiunt? ut, vita, valetudo, divitiæ, gloria, liberi, victoria, & cætera, quæ his ſimilia ſunt: aut rurſus contraria, quomodo non ſint mala? Planè enim mirabile nobis, & incredibile videtur quod dicis. S. Age igitur, da operam, inquit, ut reſpondeas, quid videatur de iis, quæ tibi ſum propoſiturus. H. At

τοῦτο, ἔφη ἐγώ. Γ. Πότερον οὖν, καὶν κακῶς τις ζῇ, ἀγαθὸν ἐκείνῳ τὸ ζῆν; Ξ. Οὔ μοι δοκεῖ, ἀλλὰ κακόν, ἔφη ἐγώ. Γ. Πῶς οὖν ἀγαθόν ἐστι τὸ ζῆν, ἔφη, εἴπερ τούτῳ ἐστὶ κακόν; Ξ. Ὅτι τοῖς μὲν κακῶς ζῶσι, κακόν μοι δοκεῖ εἶναι· τοῖς δὲ καλῶς, ἀγαθόν. Γ. Καὶ κακοὶ ἄρα λέγεις τὸ ζῆν, καὶ ἀγαθὸν εἶναι; Ξ. Ἔγωγε. Γ. Μὴ οὖν ἀπιθάνως λέγε. [1] ἀδύνατον γάρ, τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, καὶ κακόν, καὶ ἀγαθὸν εἶναι. οὕτω μὲν γὰρ καὶ ὠφέλιμον, καὶ βλαβερὸν ἂν εἴη· [2] καὶ αἱρετόν, καὶ φευκτὸν ἅμα ἀεί. Ξ. Ἀπίθανον μέν. Ἀλλὰ πῶς, εἰ τὸ κακῶς ζῆν, ᾧ ἂν ὑπάρχοι, κακόν τι ὑπάρχει αὐτῷ, οὐ κακὸν

faciam hoc, inquam ego. S. Utrum igitur, quamvis malè quis vivat, vivere ipsi bonum est? H. Non videtur mihi, sed malum, inquam ego. S. Quomodo igitur vivere bonum est, inquit, si huic est malum? H. Quia malè quidem viventibus, malum mihi esse videtur; at bene viventibus, bonum. S. Et malum igitur esse dicis vivere, & bonum? H. Ego certè. S. Noli absurda proferre. Fieri enim nequit, ut eadem res & mala sit, & bona. Ita enim & utilis, & pernicioſa simul fuerit; simul expetenda & fugienda semper. H. Absurdum quidem. Sed quomodo si male vivere, cui quidem contigerit, malum

1 Neque enim fieri potest, ut res eadem & mala & bona sit; scilicet eodem tempore, eodemque respectu. Diversis autem temporibus & respectibus potest: ut vini moderatus usus bonus est homini rectè valenti, febricitanti vero & immodice ingurgitanti nocet vinum. *Wolfius.*

2 Neque simul, neque semper; sed seorsim, & aliquando. Vita bono & sapienti viro expetenda est, stulto & malo non item: ut sectio ægrotanti, valenti nequaquam. *Wolfius.*

αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστιν; Γ. Ἀλλ' οὐ τὸ αὐτό, ἔφη, ὑπάρχει τὸ ζῆν τῷ κακῶς ζῆν. ἢ οὐ σοι φαίνεται; Ξ. Ἀμέλει οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ τὸ αὐτὸ εἶναι. Γ. Τὸ τοίνυν ζῆν οὐ κακόν ἐστιν. ἐπεὶ εἰ ἦν κακόν, τοῖς ζῶσι κακῶς κακοῖς δὴ ὑπῆρχεν, ἐπεὶ τὸ ζῆν αὐτοῖς ὑπῆρχεν, ὅπερ ἐστὶ κακόν. Ξ. Ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν. Γ. Ἐπεὶ τοίνυν ἀμφοτέροις συμβαίνει τὸ ζῆν, καὶ τοῖς κακῶς ζῶσι, καὶ τοῖς καλῶς· οὐκ ἂν εἴη οὔτε ἀγαθὸν εἶναι τὸ ζῆν, οὔτε κακόν. [1] ὥσπερ οὐδὲ τὸ τέμνειν, καὶ καίειν, οὐ τοῖς ἀῤῥωστοῦσίν ἐστι νοσερὸν, καὶ ὑγιεινόν. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ζῆν ἐστι ταῦτα. σὺ τοίνυν οὕτω θεώρησον· πότερον ἂν βούλοιο

quid ipsi est, non ipsum vivere malum est? S. At non idem, inquit, est, vivere, & malè vivere. an non tibi videtur? H. Profectò nec mihi idem esse videtur. S. Ergo vivere non est malum: quoniam si malum foret, viventibus bene, malum existeret, quoniam vitam haberent quæ malum esset. H. Vera mihi dicere vidéris. S. Quoniam igitur utrisque accidit vivere, & malè viventibus, & bene; nec bonum fuerit vivere, nec malum: sicut nec secare, & urere, in ægrotis est morbosum & salubre. Sic in vitâ ipsâ sunt hæc. Tu verò ita hæc consi-

1 Satis plana est Sententia, quam tamen interpretes non planè sunt assecuti. Dixerat prius, fieri non posse, ut eadem res per se, aut sua natura, bona sit & mala. Quod uni bonum, alteri malum, per se, neque bonum, neque malum est. Ut in re medica, *Uri, secari*: quia quandoque prodest ignis ad salutem: quandoque, nocet, si intempestivè adhibeatur: ergo per se, sive simpliciter & absolutè, neque bonum, neque malum. *Casaubonus.*

ζῆν κακῶς, ἢ ἀποθανεῖν καλῶς καὶ ἀνδρείως; Ξ. Ἀποθανεῖν ἔγωγε καλῶς. Γ. Οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κακόν ἐστιν, εἴπερ αἱρετώτερόν ἐστι πολλάκις τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν. Ξ. Ἔστι ταῦτα. Γ. Οὐκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ ὑγιαίνειν, καὶ νοσεῖν, πολλάκις γὰρ οὐ συμφέρει ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοὐναντίον, [2] ὅταν ἡ τοιαύτη τύχη τοιαύτη. Ξ. Ἀληθῆ λέγεις. Γ. Ἄγε δή, σκεψώμεθα καὶ περὶ τοῦ πλουτεῖν οὕτως, εἰ γε θεωρεῖν ἐστιν, ὡς πολλάκις ἔστιν ἰδεῖν τὸν ἄρχοντά τινι πλοῦτον, κακῶς δὲ ζῶντα τοῦτον καὶ ἀθλίως. Ξ. Νὴ Δία, πολλούς γε. Γ. Οὐκοῦν οὐδὲν τούτοις ὁ πλοῦτος βοηθεῖ εἰς τὸ

dera, utrum malis vivere malè, an bene & fortiter mori? H. Ego quidem mori bene. S. Ergo nec mori malum est, siquidem sæpe magis expetendum est mori, quàm vivere. H. Ita est. S. Eadem ergo ratio est & de sanitate & morbo. Sæpe enim non prodest valere, sed contrà ægrotare, cum ita casus tulerit. H. Vera dicis. S. Age verò, de divitiis eodem modo inquiramus, si id spectare possumus: uti sæpe videre est, aliquem divitiis adfluentem, malè itidem & miserè vivere. H. Per Jovem, multos. S. Ergo nihil ipsis divitiæ ad bene vivendum prosunt?

---

1 Mors non per se expetitur, sed ut aut majus malum vitetur, turpitudo & miseria: aut majus acquiratur bonum, immortalitas. His autem sublatis, vita morti semper anteponetur. *Wolfius.*

2 Ut si quis abutatur valetudine ad libidinem & injuriam. *Wolfius.*

ζῆι καλῶς; Ξ. Οὐ φαίνεται. αὐτοὶ γὰρ φαῦλοί εἰσιν. Γ. Οὐκοῦν τὸ ζπουδαίους εἶναι, οὐχ ὁ πλοῦτος ποιεῖ, ἀλλὰ ἡ παιδεία. Ξ. Εἰκός γε. Γ. Ἐκ τούτου ἄρα τοῦ λόγου οὐ πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν, εἴπερ οὐ βοηθεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτόν, εἰς τὸ βελτίους εἶναι; Ξ. Φαίνεται. Γ. Οὔτως οὐδὲ ζυμφέρει ἄρα ἐνίοις πλουτεῖν, ὅταν μὴ ἐπίστανται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι. Ξ. Δοκεῖ μοι. Γ. Πῶς οὖν τοῦτο ἄν τις κεκτῆσθαι ἀγαθὸν εἶναι, ὃ παλλάκης οὐ ζυμφέρει ὑπάρχειν; Ξ. Οὐδαμῶς. Γ. Οὐκοῦν εἰ μέν τις ἐπίσταται πλούτῳ χρῆσθαι καλῶς καὶ ἐμπείρως, εὖ βιώσεται· εἰ δὲ μή, κακῶς. Ξ. Ἀληθέστατά μοι δοκεῖς τοῦτο λέγειν. Γ.

H. Non videtur. Improbi enim ſunt. S. Quare viros bonos non divitiæ faciunt, ſed diſciplina. H. Probabile hoc eſt. S. Hac igitur ratione qui divitiæ bonum ſint, ſiquidem poſſidentibus ipſas non proſunt, ut meliores fiant? H. Apparet. S. Sic ergo nec conducit quibuſdam divitiis adfluere, cum iis uti neſciunt. H. Id mihi quoque videtur. S. Quomodo igitur id quis bonum eſſe judicabit, quod ſæpe ne habere quidem conducit? H. Nullo modo. S. Quare ſi quis divitiis bene & ſoleꝛter uti norit, bene vivet: ſin minus, malè. H. Veriſſimè hoc mihi dicere videris. S.

1 Imo quis malum judicet id, quo ſemper uti recte liceat, quoque carere nunquam bono & prudenti viro ſit commodum? Jam quod ante dixit, divitias non eſſe bonas, propterea quod bonum non reddant: nonne eodem argumento concludi poſſit, aurum non eſſe aurum, quod poſſeſſorem aureum non faciat? quo quid ineptius & magis puerile. *Wolfius.*

Καὶ τὸ σύνολον δὲ, τὸ τιμᾶν ταῦτα, ὡς ἀγαθὰ ὄντα, ἢ ἀπιμάζειν, ὡς κακά, τοῦτό ἐστι τὸ ταράττον τοὺς ἀνθρώπους, καὶ βλάπτον, ὅταν τιμῶσί τε αὐτὰ, [1] καὶ οἴωνται διὰ τούτων μόνων εὐδαιμονεῖν· καὶ πάνθ' ἑπομένως πράττουσιν ἕνεκα τούτων, καὶ τὰ ἀσεβέστατα δοκοῦντα εἶναι. ταῦτα δὲ πάσχουσι διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἄγνοιαν. * * * * * *

Atque ut omnia breviter comprehendam, hæc in pretio habere, ut quæ bona ſint; aut contemnere, ut quæ mala, hoc eſt quod turbat homines, & damno afficit: cum iſta colunt, & iis ſolis ſe felices eſſe putant; & conſequenter horum causâ omnia agunt, etiam quæ impiiſſima eſſe videntur. Hæc autem propter boni ignorantiam patiuntur.

---

1 Hic quidem error jure meritoque reprehenditur. Sed ſi ſapientia & virtus maxima bona ſunt, non ſequitur, ſanitatem & divitias non eſſe bona, ſed imperfectiora & minora bona & cum illis non comparanda: bona tamen ſuo loco & recte utenti. Bonum enim conſenſu totius humani generis non id tantum dicitur, quod poſſeſſorem bonum facit; ſed illud etiam, quod ad naturam tum corporis, tum animi conſervandam & inſtaurandam facit. Cum igitur divitiæ, cibum, potum, veſtitum, domicilium, medicinam, præceptores, otium, libros ſuppeditent, quæ cauſa eſt, cur aut vituperentur, aut negentur eſſe bonæ? Verum ὑπερβολαί τε καὶ μειώσεις Stoicorum eo pertinent, ut admirationem virtutis augeant, rerum externarum minuant. Ut enim plerique virtuti parum, fortunæ muneribus nimium tribuunt: ſic hi contrariam ingreſſi viam, iniquum petere videntur, ut æquum ferant, more mercatorio atque etiam oratorio. *Wolfius.*

[1] Reliqua Græce nondum reperta sunt. Quæ textus Arabicus habet, hic Latine supplentur.

Neque didicerunt, fieri non posse, ut à malo quidquam boni producatur, vel, quod bonum est, mali quid edat. Exempli causa; Divitiæ quam plurimæ per opera mala atque turpia comparantur: qualia sunt, mendacium, fraus, furtum, templorum & piscinarum spoliatio; & hujusmodi pleraque; quæ ab illis malis, quæ absolute talia sunt, ortum habent. Quare, si bonum nulla ratione ex malo proficiscatur, immensis opibus, à malo provenientibus, titulum ullius boni attribuere non debes. Tum ego, necessario, inquam ex hoc sermone istud consequitur. Pergo, inquit ille; Nullam justitiam, sapientiam nullam, ex rebus malis comparamus: neque per res laudabiles mali aut iniqui reddimur, quum nec illarum indoles sit, ex his existere; nec harum, ex illis. Nihil item prohibet, quominus opulentia, famæ amplitudine, victoriis, ac ejusdem censuræ aliis, pravi homines & iniqui fruantur. Unde colligitur, hæc, atque similia, neque bona neque mala; verum Intelligentiam Sapientiamque solas Bona, ut Ignorantiam

1 Appendicem versionis Arabicæ, quam quædam *Cebetis* editiones Latine versam exhibent, *Salmasius* pro genuina non habet: eo præcipue nixus argumento, quod in exemplaribus Græcis, quæ plura vidit antiquissima, eam non repererit. Putat igitur esse fœtum interpretis Arabis; qui etiam in prioribus haud pauca interpolavit, & addidit. Ego hactenus illi assentior, ut quandoquidem Græca desunt; Latinis, cujuscunque sint, facile carere possimus: præcipue cum res ipsa à non uno vetere philosopho, *Platone*, *Cicerone*, aliisque tractata reperiatur. Esse tamen Arabis interpretis assumentum, non adeo mihi probabile est, quod pars ejus etiam apud *Odaxium*, Veterem *Cebetis* interpretem Latinum, longe antequam versio Arabica cuiquam nota aut audita, nedum vulgata, inveniatur. *Casaubonus.*

ſolam Malum eſſe. Cui ego; Evicisti: quantum judico, decretum hoc, inquam. Quod ſatis eſt. Et profligavimus eam opinionem, qua illa à pravis actionibus eſſe creduntur. Utique multum hoc eſt, inquit: & idem ac illud, cujus cauſa diximus, talia neque bona neque mala eſſe. Idque eo magis, quod, ſi ea ex ſolis pravis actionibus provenirent, mala ſemper eſſent. Atqui ab utroque genere cuncta proficiſcuntur; ideoque neu bona ea, neu mala eſſe diximus. Quemadmodum ſomnus vigiliaque, non bona, non mala ſunt. Similiter, mea quidem ſententia, & deambulare, & ſedere, & reliquæ res, quæ unicuique intelligentium ignorantiumque contingunt. Sed eorum vero, quæ alterutrius propria ſunt, alterum bonum, malum alterum eſt: ut tyrannis & juſtitia: quæ duo aut uni accidunt, aut alteri; eo quod præditis intelligentia perpetuo juſtitia adhæret, ipſa tyrannis nullos niſi ignoranteis comitatur. Nec enim fieri poteſt, quod nos ante diximus, ut uni eidemque rei, tempore uno & eodem, accidant res duæ ad eum ſe modum habentes; ita ut homo unus & idem eodem temporis momento & dormiat vigiletque, ſapiens ſit & ignarus ſimul, vel aliud quidlibet eorum quæ parem rationem habent. Ad hæc ego, toto hoc, inquam, ſermone rem omnem te jam abſolviſſe autumo. Ille autem ſic reſpondit: Hæc univerſa ego ab illo principio, quod vere divinum eſt, proficiſci affirmo. At quodnam illud eſt, inquam, quod tu innuis? Ille id hujuſmodi oratione complexus eſt: Vita & mors, ſanitas & morbus, divitiæ & paupertas, cæteraque de quibus diximus ea neque bona neque mala eſſe, accidunt pleriſque hominibus à non-malo. Plane conjicimus, inquam, id neceſſario ex hoc ſermone ſequi, talia nempe neu bona neu mala eſſe. Ita tamen, ut haud me firmum in hocce judicio prædicem. Hoc fit, inquit, eo quod

longiuſcule abs te abeſt habilitas illa, qua ſententiam hanc imaginando debes concipere. Quocirca rerum uſum, quem paulo ante vobis indicavi, toto vitæ veſtræ curriculo perſequimini: ut ea, quæ dicta ſunt, veſtris infigantur animis, perque eadem habitus vobis accidat. Quod ſi de aliquo iſtorum adhuc dubitaveritis, revertimini ad me, ut ea de re id ex me cognoſcatis, cujus auxilio dubitatio diſcedat à vobis.

CEBETIS THEBANI TABULÆ

FINIS.

Xenophon, the Historian,
Memorabilia — Selections — Greek
and Latin

ΠΡΟΔΙΚΟΣ
ΠΕΡΙ
ΤΟΥ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

PRODICUS
DE
HERCULE.

——— Potiores
Herculis ærumnas credat, ſævoſque labores,
Et venere & cœnis & plumâ SARDANAPALI. *Juv.*

Edidit JOSEPHUS SIMPSON, A.M.
Coll. *Reg.* OXON.



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
MDCCXXXVIII.

ΠΡΟΔΙΚΟΣ
ΠΕΡΙ
ΤΟΥ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.
PRODICUS
DE
HERCULE.

Potiores
Herculis ærumnas credat, sævosque labores,
Et venere & cœnis & plumâ SARDANAPALI. *Juv.*

Edidit JOSEPHUS SIMPSON, A.M.
Coll. *Reg.* OXON.



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
MDCCXXXVIII.

PRODICI VITA.

PRodicus Cous (cujus quanta fuerit Authoritas, ex *Xenophonte Grylli* filio deprehendere licet: qui in *Bœotica* captus, vadem pro reditu dedit, ut ad eum legentem accederet) in Concilio *Athenienſium* magnam eſt laudem adeptus, quanquam Voce graviore atque abſonâ. Conatuſque eſt in ea Civitate, primarios ex quaque nobili Familiâ Adoleſcentes ſibi devincire; Quorum Hoſpitium uſui ſibi & Voluptati foret. Hæc à *Philoſtrato*. *Suidas* autem dicit, eum *Chium* patria fuiſſe, & *Democriti* ac *Gorgiæ* temporibus fuiſſe: librumque edidiſſe, qui inſcribitur *ὥραι*, in quo finxit, *Hertulem* virtuti pariter ac Voluptati congreſſum. Et utrâque adhortante, tandem a Virtute perſuaſum, alteram ſpreviſſe. *Cicero* quoque in Officiis, *Herculis Prodici* Mentionem facit.

Extemporalis facundiæ fontem quidam à *Pericle* primum derivaſſe affirmant, ex quo magnus ille Linguæ potentiâ putatus eſt. Aliqui verò à *Pythone Byzantio*, quem *Demoſthenes* ſolum *Athenienſium* ut audacem dicendo, longèque fluentem taxat. Nonnulli autem ab *Æſchine*, qui primum *Rhodi* Mauſoleum *Cariæ* ſubitâ Laude commendavit. Mihi autem videtur, ait *Philoſtratus*, *Æſchinem* ipſum, & in Legationibus, & in Judiciis ac Concionibus, multa ſanè ex tempore dixiſſe; Ac tantummodo Orationes ſcriptas reliquiſſe, ut in curâ ac diligentiâ haud multum *Demoſthene* inferior videatur: attamen extemporalitatis inventum *Gorgiæ* trado. Hic primùm *Athenis* prodiens, ingenioque fretus: Proponite, inquit. oſtentans ſe ad reſpondendum ſubito paratum, nihilque penitus ignorare. Unde

postea *Prodicus Cius* excitatus, librum scripsit, ubi Virtus ac Vitium muliebri Specie *Herculem* circumstetêre; atque hæc quidem vario elegantique Cultu, otium deliciasque offerre; illa verò humili figura, laborem tristitiamque polliceri; denique longo inter se Sermone contendere videbantur. Idem *Prodicus* demonstrativum genus primus instituit, Civitates oberrans, ac demulcens, juxta *Orphei* ac *Thamyræ* consuetudinem: Ex quo apud *Thebanos* in magnis fuit Honoribus, majoribus etiam apud *Lacedæmonios*, à quibus ut hæc juventutem doceret, magnopere rogatus est. A *Gorgiâ* postea agitatus, quòd obsoleta, sæpiusque dicta tractaret, ad extemporalitatem ab eodem inductus est.

ΠΡΟΔΙΚΟΣ
ΠΕΡΙ
ΤΟΥ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

ΦΗσὶ (Πρόδικος,) Ἡρακλέα, ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὥρμᾶτο, (ἐν ᾗ οἱ νέοι, ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι, δηλοῦσιν, εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψοντες ἐπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας,) ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι, ἀποροῦντα ποτέρᾳ τῶν ὁδῶν τράπηται. καὶ φανῆναι αὐτῷ δύο

PRODICUS
DE
HERCULE.

HErculem (Prodicus) ait, posteaquam exactâ pueritiâ pubertatis iniret cursum (in quâ adolescentes jam sui juris facti indicia præbent, Virtutisne viâ perrecturi sint ad vitam, an verò Ignaviæ) egressum in tranquillum locum ibidem consedisse, ambigentem, ad utram se viam converteret. Tum visas esse duas mulieres grandes

γυναῖκας προϊέναι μεγάλας· καὶ τὴν μὲν ἑτέραν εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν, καὶ ἐλευθέριον, φύσει κεκοσμημένην, τὸ μὲν σῶμα καθαρότητι, τὰ δὲ ὄμματα αἰδοῖ, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνῃ, ἑσθῆτι δὲ λευκῇ. τὴν δ' ἑτέραν τεθραμμένην μὲν εἰς πολυσαρκίαν τε καὶ ἁπαλότητα, κεκαλλωπισμένην δὲ τὸ μὲν χρῶμα, ὥστε λευκοτέραν τε καὶ ἐρυθροτέραν τοῦ ὄντος δοκεῖν φαίνεσθαι· τὸ δὲ σχῆμα, ὥστε ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι· τὰ δὲ ὄμματα ἔχειν ἀναπεπταμένα· ἑσθῆτα δὲ, ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα λάμποι· κατασκοπεῖσθαι δὲ θαμὰ ἑαυτήν, ὑποσκοπεῖν δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται· πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν ἐπιβλέπειν. ὡς δ' ἐγένοντο πλησιέστερον τοῦ Ἡρακλέους, τὴν μὲν πρόσθεν ῥηθεῖσαν ἰέναι τὸν αὐτὸν τρόπον· τὴν δ' ἑτέραν, φθάσαι βουλομένην, προσδραμεῖν

staturâ ad ipsum accedere; alteram elegantem aspectu & liberalem, naturâ ornatam, quoad corpus munditie, quoad oculos verecundiâ, quoad gestum modestiâ, veste autem candidâ: alteram verò ad corpulentiam mollitiemque nutritam; quod ad colorem quidem attinet, adeo decoratam, ut & candidior & rubicundior appareret quam esset; quod ad formam verò, ut rectior quam naturâ esset videretur; oculos habentem vagantes; vestem autem, ex qua venustas maximè pelluceret. Eandem sæpius se contemplatam esse, ac, num aliquis ipsam spectaret, considerasse; sæpenumero ad umbram quoque suam respexisse. Posteaquam verò ad Herculem venissent propiùs, incessisse quidem priùs dictam eodem modo: alteram verò, quæ vellet hanc antevertere,

τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ εἰπεῖν. ὁρῶ σε, ὦ Ἡράκλεις, ἀποροῦντα ποίαν ὁδὸν ἐπὶ τὸν βίον τρέπῃ. ἐὰν οὖν ἐμὲ φίλην ποιήσῃ, ἐπὶ τὴν ἡδίστην τε καὶ ῥᾳστην ὁδὸν ἄξω σε, καὶ τῶν μὲν πρώτων οὐδενὸς ἀγευστὸν ἔσῃ· τῶν δὲ χαλεπῶν ἄπειρον διαβιώσῃ. πρῶτον μὲν γὰρ οὐ πολέμων, οὐδὲ πραγμάτων φροντιεῖς, ἀλλὰ σκοπούμενον δι' ἔσῃ, τί ἂν κεχαρισμένον ἢ φίλον, ἢ ποτὸν εὕροις, ἢ τί ἂν ἰδὼν, ἢ τί ἀκούσας τερφθείης, ἢ τίνων ὀσφραινόμενον, ἢ ἁπτόμενον ἡδείης, τίσι δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν μάλιστ' ἂν εὐφραινοίμην, καὶ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις, ἢ πῶς ἂν ἀπονώτατα τούτων πάντων τυγχάνοις. ἐὰν δέ ποτε γένηταί τις ἔνδεια πόνου, ἀφ' ὧν ἔσῃ ταῦτα, οὐ φόβος, μή σε ἀγάγω ἐπὶ τὸ ποιοῦντα καὶ τα-

cucurriſſe ad Herculem, atque dixiſſe. Video te, Hercules, ambigentem, quânam viâ te ad vitam conferas. Quapropter ſi me amicam feceris, ducam te ad viam jucundiſſimam ac facillimam, & eorum quidem, quæ delectant, nihil non guſtabis; eorum verò, quæ gravia ſunt, expers vives. Nam primùm non bella, neque negotia curabis; ſed diſpicies, quemnam tibi gratum vel cibum, vel potum invenias: quid vel aſpectu, vel auditu jucundum percipias, vel quid odoratu, vel tactu, te delectare poſſit; quibus amoribus fruens, plurimùm gaudeas; quo pacto quàm molliſſimè dormias; & quomodo abſque labore hæc omnia conſequaris. Quod ſi aliquando ulla ſuſpicio ſit penuriæ eorum, ex quibus hæc orientur, nihil eſt quod metuas, nè eò te deducam, ut laborando, & miſeriam corpore animoque per-

λαιπωρεῖντα τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ, ταῦτα ποιέεσθαι· ἀλλ' οἷς ἂν οἱ ἄλλοι ἐργάζωνται, τούτοις σὺ χρῆσαι, οὐδενὸς ἀπεχόμενος, ὅθεν ἂν δυνατὸν ᾖ τι κερδᾶναι. πανταχόθεν γὰρ ὠφελεῖσθαι τοῖς ἐμοὶ ξυνοῦσιν ἐξουσίαν ἔγωγε παρέχω. καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀκούσας ταῦτα· ὦ γύναι, ἔφη, ὄνομα δέ σοι τί ἐστιν; ἡ δέ, οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι, ἔφη, καλοῦσί με εὐδαιμονίαν· οἱ δὲ μισοῦντές με, συκοφαντοῦντες ὀνομάζουσί με κακίαν. καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἑτέρα γυνὴ προσελθοῦσα εἶπεν· καὶ ἐγὼ ἥκω πρός σε, ὦ Ἡράκλεις, εἰδυῖα τοὺς γεννήσαντάς σε, καὶ τὴν φύσιν τὴν σὴν ἐν τῇ παιδείᾳ καταμαθοῦσα· ἐξ ὧν ἐλπίζω, εἰ τὴν πρὸς ἐμὲ ὁδὸν τράποιο, εὖ δ' ἂν σε τῶν καλῶν καὶ σεμνῶν ἐργατὴν ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἐμὲ ἔτι πολὺ ἐντιμοτέραν, καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς λαμπροτέραν φανῆναι.

ferendo, hæc compares; sed, ob quæ alii laborant, his tu frueris, nec ab ulla re abstinebis, de quâ capere aliquid lucri possibile sit. Nam ut undique capiant utilitatem mecum versantibus potestatem præbeo. Hæc, cum audisset Hercules, o mulier, inquit, quid tibi nomen est? At illa, mei quidem amici, ait, Felicitatem me appellant: qui verò oderunt obtrectando, Ignaviam me nominant. Quum interim altera mulier accedens dixit; ego quoque ad te venio Hercules, quum norim tuos parentes, Indolemque tuam in institutione animadverterim; à quibus spero, dummodò in viam, quæ ad me ducit, te conferas, bonorum ac honestorum operum te strenuum admodum futurum cultorem, meque multò honorabiliorem, & in bonis præcla-

οὐκ ἐξαπατήσω δέ σε προοιμίοις ἡδονῆς, ἀλλ' ἢ περ οἱ θεοὶ διέθεσαν, τὰ ὄντα διηγήσομαι μετ' ἀληθείας. τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν, ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις. ἀλλ' εἴτε τοὺς θεοὺς ἵλεως εἶναί σοι βούλει, θεραπευτέον τοὺς θεούς· εἴτε ὑπὸ φίλων ἐθέλοις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετητέον· εἴτε ὑπὸ τινος πόλεως ἐπιδυμεῖς τιμᾶσθαι, τὴν πόλιν ὠφελητέον· εἴτε ὑπὸ τῆς ἑλλάδος πάσης ἀξιοῖς ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι, τὴν ἑλλάδα πειρατέον εὖ ποιεῖν· εἴτε τὴν γῆν φέρειν σοι βούλει καρποὺς ἀφθόνους, τὴν γῆν θεραπευτέον· εἴτε ἀπὸ βοσκημάτων οἴει δεῖν πλουτίζεσθαι, τῶν βοσκημάτων ἐπιμελητέον· εἴτε διὰ πολέμου ὁρμᾶς αὐξεσθαι, καὶ βούλει δύνασθαι τούς τε φίλους ἐλευ-

riorem fore, non decipiam autem te voluptatis procœmiis; sed sicut dii instituerunt, res ipsas cum veritate narrabo. Nihil enim eorum, quæ reverà bona atque honesta sunt, dii hominibus sine labore & studio præstant. Sed sive deos esse tibi propitios vis, colendi sunt ipsi dii, sive ab amicis vis diligi, amicis benefaciendum; sive à quâdam civitate honorari desideras, civitati aliqua utilitas afferenda; sive à totâ Græciâ ob virtutem admiratione dignus existimari, conandum est toti Græciæ benefacere: sive tibi terram fructus uberes producere vis, terra colenda: sive a jumentis divitias tibi quærendas putas, jumentorum tibi cura habenda est: sive per bellum impensè desideras augeri, ac vis posse amicos quidem à servitute liberare,

θεοῦν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς κρατεῖσθαι, τὰς πολεμικὰς τέχνας αὐτάς τε παρὰ τῶν ἐπισταμένων μαθητέον, καὶ ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι, ἀσκητέον· εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι, τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα, καὶ γυμναστέον σὺν πόνοις καὶ ἱδρῶτι. καὶ ἡ κακία ὑποβαθοῦσα εἶπεν, (ὡς φησι Πρόδικος·) ἐννοεῖς, ὦ Ἡράκλεις, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν ἐπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γυνή σοι αὕτη διηγεῖται; ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε. καὶ ἡ ἀρετὴ εἶπεν· ὦ τλῆμον, τί δὲ σὺ ἀγαθὸν ἔχεις; ἢ τί ἡδὺ ἴσασι, μηδὲν τούτων ἕνεκα θεάσασθαι ἐθέλουσα; ἥτις οὐδὲ τὴν τῶν ἡδέων ἐπιθυμίαν ἀναμένεις· ἀλλὰ πρὶν ἐπιθυμῆσαι, πάντων ἐμπίπλασαι, πρὶν μὲν πεινῆν, ἐσθίουσα, πρὶν δὲ διψῆν, πίνουσα· καὶ ἵνα μὲν ἡδέως φάγῃς, ὀψοποιοὺς

& inimicos subjicere, bellicæ artes & discendæ sunt ab illis qui sciunt, & exercendum in iis, quomodo iis debeas uti. Si verò velis corpore etiam fortis esse, corpus adsuefaciendum ad parendum animo, ac exercendum in laboribus atque sudoribus. Et Ignavia excipiens dixit, ut Prodicus narrat, intelligis ô Hercules, quam asperam ac longam viam ad delectationes hæc mulier tibi narrat? Ego verò facili, ac brevi viâ ad felicitatem te ducam. Tum virtus, respondit: o misera, quid boni tu habes? aut quid suave nôsti, cum nihil horum gratiâ facere velis? Nec suavium desiderium expectes, sed antequam cupias, omnibus istis implearis; Priusquam quidem esurias, comedis: priusquam sitias, bibis: & ut cum voluptate comedas, obsoniorum

μηχανωμένη· ἵνα δὲ ἡδέως πίῃς, οἶνους τε πολυτελεῖς παρασκευάζῃ, καὶ τοῦ θέρους χιόνα παρεισφέρουσα ζητεῖς· ἵνα δὲ καθυπτιάσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰ ὑποβάθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζεις· οὐ γὰρ διὰ τὸ πονεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ὃ, τι ποιῇς, ὑπνου ἐπιθυμεῖς. τὰ δ' ἀφροδίσια πρὸ τοῦ δεῖσθαι ἀναγκάζεις, παντὰ μηχανώμενος, καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι χρώμενος. οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς σαυτῆς φίλους· τῆς μὲν νυκτὸς ὑβρίζουσα, τῆς δ' ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον καταχοιμίζουσα, ἀθάνατος δὲ οὖσα, καὶ θεῶν μὲν ἀπερρῖφθαι, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀτιμάζῃ· τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος,

structores excogitas; ut suaviter bibas, preciosa vina comparas, ac per æstatem nivem circumcursitans quæris: ut verò suaviter obdormias, non stragula tantùm mollia, sed etiam lectulos, lectulorumque fulcra paras. Non enim propter labores, sed quia nihil est tibi quod agas, somnum appetis. Venerem verò prius, quàm eâ indigeas, impellis, omnia excogitans tam feminis, quàm viris utens. Sic enim amicos tuos instituis, nocti exprobrans; quòd autem diei utilissimum est somno consumens. Quumque sis immortalis, à diis quidem rejecta es, ab honestis autem hominibus probro adficeris. Jam quod omnium auditu jucun-

1 Alludit ad veterum morem tum Græcorum tum Romanorum, qui nivem & glaciem in subterraneis scorbibus tempore hyemis recondebant, ad vini refrigerium tempore æstatis quemadmodum apud Athenæum lib. 3, id tum historicorum, tum poetarum testimoniis pluribus ostenditur.

ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ, καὶ τοῦ πάντων ἡδίστου θεάματος ἀθέατος. οὐδὲν γὰρ πώποτε σαυτῆς ἔργον καλὸν τεθέασαι. τίς δ' ἂν σοι λεγούσῃ τι πιστεύσειε; τίς δ' ἂν δεομένῃ τινὸς ἐπαρκέσειεν; ἢ τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ ζῆν θιάσου πολμήσειεν εἶναι; οἱ νέοι μὲν ὄντες, τοῖς σώμασιν ἀδύνατοι εἰσι, πρεσβύτεροι δὲ γενόμενοι, ταῖς ψυχαῖς ἀγόητοι· ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος τρεφόμενοι, ὀπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες· τοῖς μὲν πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι· τὰ μὲν ἡδέα εἰς τὴν νεότητα διαδραμόντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποτέμνοντες. ἐγὼ δὲ σύνειμι μὲν θεοῖς, σύνειμι δὲ ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς. ἔργον δὲ καλὸν, οὔτε θεῖον, οὔτε ἀνθρώπινον, χωρὶς ἐμοῦ γίγνεται. τιμῶμαι δὲ μάλιστα πάντων καὶ ὡς

dissimum est, tuam ipsius laudem nullam audis; nec quod spectaculum jucundissimum est, spectare potes. Quippe nullum unquam honestum facinus tuum vidisti. Quis verò tibi aliquid dicenti credat? Quis rei alicujus egenti quidquam suppeditet? Quis mentis compos tuæ esse sodalitatis audeat? Juvenes qui sunt, corporibus sunt debiles: provectiores facti, animis desipiunt. Per Juventutem absque labore nitidi victitant; cum labore squallidi, per senectam ætatem transeunt: anteactorum eos pudet, agendis opprimuntur: jucundis in juventute cursu quasi peragratis, in senectutem molesta reservant. Ego verò cum diis versor, cum hominibus honestis versor: nec ullum præclarum facinus, sive divinum, sive humanum, absque me perpetratur. Maximè autem omnium à diis, & hominibus,

θεοῖς, καὶ φίλοις ἀνθρώποις, οἷς προσήκει· ἀγαπητὴ μὲν συνεργὸς τεχνίταις, πιστὴ δὲ φύλαξ οἴκων δεσπόταις· εὐμενὴς δὲ θεραπαινὶς ὀπάοις, ἀγαθὴ δὲ συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων, βεβαία δὲ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρίστη δὲ φιλίας κοινωνός. ἔστι δὲ τοῖς μὲν ἐμοῖς φίλοις ἡδεῖα μὲν καὶ ἀπράγμων σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις· ἀνέχονται γὰρ, ἕως ἂν ἐπιθυμήσωσιν αὐτῶν, ὑπνος δ' αὐτοῖς παρέστιν ἡδίων, ἢ τοῖς ἀμέλχοις· καὶ οὔτε ἀπολιπόντες αὐτὸν ἄχθονται, οὔτε διὰ τοῦτον μεθιᾶσι τὰ δέοντα πράττειν. καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν, οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται. καὶ ἡδέως μὲν τῶν παλαιῶν πράξεων μέμνηνται, εὖ δὲ τὰς παρούσας ἥδονται πράττοντες, δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοῖς ὄντες, ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις, τίμιοι δὲ πατρίσιν.

quibus par est, honoribus affectior: artificibus cara laborum socia, fida domorum custos heris, opitulatrix benigna servis, in laboribus pace curandis adjutrix egregia, constans in negotiis bellicis auxiliatrix, amicitiæ consors optima. Ad hoc amicis meis suavis & inelaborata est cibi potusque perceptio. Expectant enim, donec appetant. Iisdem suavior adest somnus, quàm otiosis; ac neque eum relictum ægrè ferunt, neque propter eum, quæ agenda necessario sunt, omittunt. Juvenes senum laudibus gaudent, senes juvenum honoribus delectantur. Iidem rerum olim gestarum jucundè recordantur, & res præsentes dum gerunt delectantur, quum quidem meâ causâ diis accepti sint, amicis autem cari, patriisque suis honorati.

ὅταν δ' ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος, οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, ἀλλὰ μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι, τοιαῦτά σοι, ὦ παῖ τοκέων ἀγαθῶν Ἡράκλεις, ἔξεστι εὐτυχησαμένῳ τὴν μακαριωτάτην εὐδαιμονίαν κεκτῆσθαι.

Denique quum finis à fato præſtitutus adeſt, non cum oblivione jacent inhonorati, ſed cum memoria per omne tempus cantati florent. Hujuſmodi, mi Hercules, fortium parentum ſoboles, laboribus exantlatis, felicitate tibi licet celeberrimâ potiri.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ
ΗΘΙΚΟΙ.

THEOPHRASTI
CHARACTERES
ETHICI.

Theophrastus. [Characteres—
Greek and Latin.]

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ
ΗΘΙΚΟΙ.

THEOPHRASTI
CHARACTERES
ETHICI.

Respitere exemplar vitæ morumque jubebo
Doctum imitatorem, & vivas hinc ducere voces.
HOR. in Art. Poet.

Edidit JOSEPHUS SIMPSON, A. M.
Coll. *Reg.* OXON.



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
MDCCXXXVIII.

Theophrastus. [Characteres—
Greek and Latin.]

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ
ΗΘΙΚΟΙ.

THEOPHRASTI
CHARACTERES
ETHICI.

Respicere exemplar vitæ morumque jubebo
Doctum imitatorem, & vivas hinc ducere voces.
HOR. in Art. Poet.

Edidit JOSEPHUS SIMPSON, A. M.
Coll. *Reg.* OXON.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
MDCCXXXVIII.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ
ΗΘΙΚΟΙ

BRITISH MUSEUM

THEOPHRASTI
CHARACTERES
ETHICI.

Respicere exemplar vitæ morumque jubebo
Doctum imitatorem, & vivas hinc ducere voces.
Hor. in Art. Poet.

Edidit JOSEPHUS SIMPSON, A.M.
Coll. Reg. Oxon.

OXONII
E THEATRO SHELDONIANO.
MDCCXXVIII.

PRÆFATIO

De hujus operis auctore, argumento, & titulo.

AUctor itaque hujus libri, vel potius libelli, sine dubio *Theophrastus* est, majoris magistri magnus ille discipulus, *Aristotelem* dico, cui & in schola successit. Patria fuit *Eresius*; est autem *Eresus* urbs in *Lesbo* insula, teste *Stephano* περὶ πόλεων. Nomen ei primum *Tyrtamus*, postea ob divinam eloquentiam dictionisque & styli elegantiam *Euphrastus*, & demum *Theophrastus* ab *Aristotele* magistro est appellatus: uti referunt *Strabo*, *Laertius*, *Stephanus Byzantinus*, *Suidas*, *Hesychius*, & alii. Verba *Suidæ* sunt, Θεόφρασος πρότερον ἐκαλεῖτο Τύρταμος. Διὰ δὲ τὸ θείως φράζειν, ὑπὸ Ἀριστοτέλους ἐκλήθη Εὔφρασος, εἶτα Θεόφρασος. Ὥσπερ Πλάτων, διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις Πλάτος, τοῦτο μετωνομάσθη, πρότερον καλούμενος Ἀριστοκλῆς. Non igitur *Plato* à *Latis humeris* nomen obtinuit (quod somniant vulgus Grammaticorum) sed à copia & ubertate, & (ut ita dicam) latitudine styli atque sermonis, *Plato*, qui prius *Aristocles*. Πλάτος in oratione docet nos *Aristoteles* in *Rhetorica*: Sed hoc non agimus; nec quicquam nobis nunc cum *Platone* divino illo philosopho, *Homero* illo philosophorum, uti olim est appellatus. Redeo ad *Theophrastum*; de quo addit *Suidas*, μαθητὰς δὲ ἔχε πλείους ἢ δύο, *discipulos habuit plusquam duos*: quid mirum? locus procul dubio mutilus & cauda truncatus, & supplenda ex *Diogene* & aliis vox est, *viz.* χιλιάδας. *Hesychius* Illustrius post *Diog. Laertium*, λέγεται εἰς τὴν Θεοφράστου διατριβὴν φοιτᾶν μαθητὰς πρὸς διχιλίους, *discipulorum circa duo millia*. Ad grandem omnino ætatem pervenit; quippe qui ad nonagesimum & nonum annum jam vitam produxerat tunc temporis cum hoc opus inscripsit, ut ipse

de ſe in *proœmio* teſtatur: quare vero ſimile eſt, eum annos centum ſupraque attigiſſe: & tamen (quod merito mirum videri poteſt) *Lucianus*, qui librum ſcripſit περὶ τῶν μακροβίων, ubi & id ex profeſſo agit, ut omnes longævos philoſophos in unum veluti faſciculum colligat, nullam omnino *Theophraſti* noſtri mentionem facit. Quid quod *Cicero* magnus *Theophraſti* noſtri admirator in *Tuſculan.* eum inducit querentem de vitæ humanæ brevitate, ac ſi noverca nobis eſſet natura, quæ cervis & cornicibus longius vitæ ſpatium quam hominibus indulſerit. Sed hoc forte indignum tanto philoſopho, & ad Caput δεῖ μεμψιμοιρίας merito eſſet referendum, niſi querelam hanc inexplebilis literarum ardor, & nimium philoſophiæ ſtudium extorſiſſet, quippe βίος βραχὺς, τέχνη μακρή. Scripſit *Theophraſtus* libros affatim multos; quorum plerique naufragio temporis abſorpti, pauci ad nos ſalvi enatarunt. Titulos horum omnium & catalogum nobis exhibet *Diog. Laertius*, numero autem efficiunt 220; & ab aliis plures adjiciuntur. Adeo ut librorum numerum & egregiam in ſcribendo induſtriam ſi ſpectemus, *Ereſius* certe noſter non minus χαλκέντερος, aut βιβλιολάβας, aut *Adamantius*, aut Σωρανικός, quam vel ipſe *Didymus*, aut Origenes, dici mereatur. Atque hæc de Auctore.

Argumentum operis totum eſt de moribus humanis, & ad *Ethicorum* ſeu Moralium Philoſophiam pertinens; nec tamen via philoſophica hic procedit *Theophraſtus* (uti præceptor ejus in ſuis *Moralibus*) ſed media quadam inter philoſophicam, & poeticam, ut recte obſervavit magnus *Caſaubonus*. Nam & ad eundem ſcopum in hoc opere collineat, ad quem moralis philoſophus, *viz.* vitæ morumque emendationem. Quid ſit vitium deſcriptione, ὅτι ἐστὶ τοῦτο, proponit; at tum pergit μιμητικῶς poëtarum more, in fictis perſonis naturam ejus ob oculos ponens, & ad vivum exprimens: quod Comici præſertim poetæ faciunt, dum mores & ingenia hominum in ſcena repræſentant. Reprehenſum à Momo Prometheum legimus, quod cum hominem è luto finxit, feneſtram in pectore non poſuiſſet. Videtur mihi *Theophraſtus* hoc in libro velle quodammodo defectum illum ſupplere, & feneſtram quandam aperire, per quam mores animoſque hominum intueri nobis liceat: adeo ut ſpeculum vitæ humanæ non immerito nuncupetur hoc opus, non minus quam aut Hiſtoria aut Comœdia,

BRITISH MUSEUM

Autherem noſtrum medicæ artis peritum fuiſſe nemo inficias iverit, qui libros ejus *de plantis* inſpexerit. Nec vero corporis magis quam animi medicinam calluit; ut interni corporum morbi indiciis quibuſdam & ſymptomatis externis dignoſcuntur, ita hic hominum vitia, qui morbi animorum ſunt, & intus latent, notis quibuſdam & characteribus externis deſcribuntur. Peſſima quidem hic latet colluvies & ſentina vitiorum; nec quis (opinor) ſuſtineret Camarinam hanc tam male olentem movere aut inſpicere, niſi elegantiſſimus auctor ingenii ſui floſculis & dictionis ſuavitate (*ſcelera ipſa nefaſtis ſic deſcripta placent*) eam naribus noſtris attemperaſſet. Placent etiam hominum deformium picturæ, ſi Apellis manu & penicillo depingantur. Sed parum eſt placere, niſi etiam proſint hæ vitiorum imagines vivis coloribus expreſſæ ac delineatæ. Pueri *Lacedæmonii* ebriorum hominum conſpectu à vitio illo pluſquam belluino deterrebantur. Pari modo Characteriſta noſter colores hos & lineamenta vitiorum nobis ob oculos ponit, ut eorum odium animis noſtris ingeneret. Neque hoc ſolum; ſed etiam contra mores & machinationes nequam hominum ſignis hiſce & indiciis præmoniti ſumus & præmuniti: & hoc modo vitia & odimus pariter & cavemus. Quemcunque enim *Theophraſtus* in albo ſuo, vel potius in nigro conſcripſit, cuicunque notam & characterem inuſſit——*hic niger eſt, hunc tu Romane caveto.* Quæret hic forte quiſpiam, cur *Theophraſtus* vitiorum duntaxat, non item virtutum, nobis characteriſmos dedit? At is certe dedit, ſed temporum injuria iterum nobis abſtulit (proh dolor!) pretioſiſſimum illum theſaurum. (Deſideratur tota illa pars de virtutibus, atque reliqua hæc de vitiis manca eſt & imperfecta) Quanquam ſi vitiorum ſolummodo characteres ſcripſiſſet, non utique deeſſet quod reſponderi poterat. 1. Quia pauciores ſunt virtutes, quam vitia, &

——*vix totidem numero, quot*
Thebarum portæ vel divitis oſtia Nili:

at vitiorum plena ſunt omnia, ut abundanti cautela & præmunitione adverſus ea opus ſit. 2. Quia virtutes in aperto ſunt, ut non opus ſit tot indiciis & characteribus ad eas diſcernendas. Maxima pars hominum prædicat quiſque bonitatem ſuam, inquit Sapiens; at nævos ſuos & vitia, morboſque & ulcera animorum

tegere plerique ſatagunt & occnltare; *Extra eſt quod ſplendet, quod ſanum eſt pandimus omnes, Mens bona, fama, fides, hæc clarè, & ut audiat hoſpes.* Atque hactenus de argumento. Titulus ſeu inſcriptio hujus libri eſt Ἤθων χαρακτῆρες, qui argumento operis apprime quadrat; χαρακτὴρ eſt *nota impreſſa* vel *inſculpta* à τὸ χαράσσω, *ſculpo, cælo, imprimo*, ab Heb. חרת vel חרת *incidit, exculpſit, exaravit.* Erat enim hoc tanquam exemplar & ſpeculum quoddam morum, ubi virtutum ac vitiorum expreſſæ notæ cernebantur. Igitur Ἤθων χαρακτῆρες ſunt morum characteres, ſeu notæ, ſeu ſigna, ſeu imagines; εἰκόνες ἠθῶν (nam χαρακτὴρ & εἰκὼν hoc ſenſu idem ſunt) vel εἰκονισμοί, ut *Seneca* alicubi, *deſcriptiones morum*, ut *Cicero*. Hinc in Rhetorum ſcholis χαρακτῆρες τῦ λόγυ dicuntur *formæ* ſeu *ideæ* ſeu *differentiæ orationis*, quibus, veluti notis & ſignis, dicendi genera inter ſe diſtinguuntur.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ
ΗΘΙΚΟΙ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΗΔΗ μὲν καὶ πρότερον πολλάκις ἐπιστὰς τῇ διανοίᾳ, ἐθαύμασα, ἴσως δὲ καὶ παύσομαι θαυμάζων, τί δήποτε ἡ Ἑλλὰς ἅπασα τὸν αὐτὸν

THEOPHRASTI
CHARACTERES
ETHICI.

PROOEMIUM.

SÆpe equidem jam ante quum hac de re attentius cogitare cœpiſſem, miratus ſum, ſed nec mirari fortaſſe deſinam, quid cauſæ ſit, cur cum Græcia omnis eidem cœlo ſubjecta ſit,

1 Hoc procemium nonnullæ obſcuritatis haud omnino expers videtur: ab antiquis notatur auctoribus & in aeribus regionum Græciæ & in habitantium ingeniis mirum quantam fuiſſe differentiam. Quis neſcit in Bæotia alium longè cœli haustum fuiſſe, alium in continenti Attica? longeque craſſiore aere uſos quam ipſorum vicinos Athenienſes? Notum illud

ἀέρα κειμένης, καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ὁμοίως παιδευομένων, συμβέβηκεν ἡμῖν ὑπ' αὐτὴν τάξιν τῶν τρόπων ἔχειν. ἐγὼ γὰρ, ὦ Πολύκλεις, σκοπήσας ἐκ πολλοῦ χρόνου τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἐνενήκοντα ἐνέα, ἐπὶ δὲ ὁμιλικὼς πολλοῖς τε

quum etiam Græci omnes eodem modo inſtituantur; non omnes tamen iiſdem moribus utamur. Ego ſiquidem, mi Polycles, quum à multo tempore hominum naturas eſſem contemplatus (quippe qui annos nonaginta novem jam vixerim, & cum multis atque omnis generis naturæque hominibus ſim

---

Horatii, Bœotûm in crasso jurares aëre natum. Itaque ingenia etiam longè diverſa, ut ex Græca hiſtoria cuivis notum eſt. Quid autem de inſtitutione? An putemus ſimiliter ſuos liberos inſtituiſſe Athenienſes & Lacedæmonios? Imo vero ita diverſa erat educatio, ut difficilius ſit reperire in quo convenirent, quam in quo differrent. Quod igitur ait, Græciam totam eidem ſubjectam eſſe cœli regioni, Græcoſque omnes eâdem diſciplinâ ſolitos imbui, accipiendum eſt ut dictum minus ἀκριβῶς. *Theophraſtus* enim toto hoc libello de Athenienſibus tantum videtur agere: omnia enim ad mores Athenienſium, & ea quæ fieri ſolebant in iſtâ urbe, referuntur. Nam quod de Athenis ita, quaſi de totâ Græciâ loquitur, hæc quoque cauſa eſſe poteſt; quod illa urbs dum floruit, ocellus Græciæ & Ἑλλὰς ὀφθαλμὸς Ἑλλάς, ut eſt in *Euripidis* Cenotaphio, fuit. Huic autem interpretationi hoc objici poteſt: *Theophraſtus* ſeipſum inter Græcos computat, quod haud verum eſt in ſtricto ſenſu, ſi per Græcos intelligimus Athenienſes, quoniam *Theophraſtus* apud *Ereſum* in *Lesbo* natus fuit, inſulâ in Ægæo mari. Hæc autem evaneſcit objectio, cum nobiſcum cogitemus, quod *Theophraſtus* maximam partem vitæ degebat Athenis, & quòd adeo dialectico, conſuetudinibus, moribuſque loci conſuetus fuiſſet, ut verè Athenienſis haberetur; ſed pro ſeipſo judicet lector eruditus.

1 Hic locus non concordat (inquit *Palmerius* in exercitatione p. 616.) cum *Diogene Laertio*, ut notavit doctiſſimus *Caſaubonus*, qui vult ex hoc loco corrigi numeros *Laertii*, & putat errorem ex notis ortum, & ad perpetuam apud *Laertium*

καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι, καὶ παρατεθεαμένος ἐξ ἀκριβείας πολλῆς τούς τε ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους· ὑπέλαβον δεῖν συγγράψαι ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν ἐν τῷ βίῳ. ἐκθήσω δέ σοι κατὰ γένος ὅσα τε τυγχάνει γένη τρόπων τούτοις [1] προσκείμενα, καὶ ὃν τρόπον τῇ οἰκονομίᾳ χρῶνται. ὑπολαμβάνω γὰρ, ὦ Πολύκλεις, τοὺς υἱοὺς ἡμῶν βελτίους ἔσεσθαι, καταλειφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημάτων τοιού-

versatus) quum, inquam, diligentia magna & probos simul & improbos homines considerassem, atque inter se comparassem; faciendum duxi, ut quæ sit vitæ degendæ utrorumque ratio hoc scripto complecterer. Exponam autem tibi generatim, cum omnes morum species quibus illi sunt præditi, tum quis sit illorum vitæ quotidianæ modus. Liberos enim nostros, mi Polycles, fore meliores existimo, si monumenta ipsis hujuscemodi relique-

---

scriptum ρθ'. Sed non animadvertit doctus vir *Laertium* non notasse annum, quo *Theophrastus Characteres* scripsit, sed quo mortuus est, ideo non potest error inde manasse; nam apud *Laertium* dicitur vixisse ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα, qui numerus in notis est πέ, quæ notæ non accedunt ad ρζ' aut ρθ'. *Theophrastus* autem ad *Polyclem* scribens, cui librum suum mittebat, ait se vixisse annos ἐννενήκοντα ἐννέα. Ideo nihil in eo decernendum puto. Et certè eò quod, ut notavit *Casaubonus*, nec *Lucianus*, nec *Censorinus*, nec alii qui de longævis scripserunt, de eo meminerunt, credo potius ex *Diogene Laertio* corrigendum hunc *Theophrasti* locum, quam ex hoc loco corrigendum *Laertium*.

1 Ita repræsentavit *Casaubonus*, quia mores (inquit) sunt accidentia quædam, quæ nobis πρόσκειται, & inhærent; sed contra fidem omnium MSS (excepto E.) & Edit. *Oporini* & *Camotii*, in quibus exhibetur προκείμενα. Errore, ut videtur, orto ex abbreviata scriptura προ κείμενα, quod posteriores librarii malè legerunt προκείμενα. *Needhamus.*

πων· οἷς παραδείγμασι χρώμενοι, αἱρήσονται τοῖς εὐχημονεστάτοις συνεῖναί τε καὶ ὁμιλεῖν, ὅπως μὴ καταδεέστεροι ὦσιν αὐτῶν. πρόκειται δὲ ἤδη ὅτι τὸν λόγον· σὺ δὲ, παρακολουθήσαί τε καὶ εἰδῆσαι εἰ ὀρθῶς λέγω. πρῶτον μὲν οὖν ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῆς τοῦ εἰρωνείαν ἐζηλωκότων, ἀφεὶς τὸ παρομοιάζεσθαι, καὶ πολλὰ [1] περὶ τοῦ πράγματος λέγειν. καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας, καὶ ὁρισμὸν αὐτοῦ· εἶθ' ὕπως καὶ τὸν εἴρωνα διέξειμι, ποῖός τις ὢν, καὶ εἰς τίνα τρόπον κατευθύνεται· καὶ τὰ ἄλλα δὴ τοῦ παθήματος, ὥσπερ προειρήμεθα, πειράσομαι κατὰ γένη φανερὰ καταστῆσαι.

rimus, quæ ſibi pro exemplo proponentes, optime moratos quoſque ſint electuri, quibuſcum verſentur & conſueſcant, ut in viros tandem nihilo illis deteriores evadant. Sed jam ad rem ipſam me accingam. Tuum erit, ad ea quæ dicam, animum advertere, & an recte dicam, pernoſcere. Igitur, miſſis præfationibus, & iis quæ multa poterant de re afferri, initium dicendi faciam ab illis qui diſſimulationem amplexi ſunt; vitiumque ipſum primo definiam: deinde diſſimulatorem hominem deſcribam qualis ſit, & qui ejus mores. Poſtea vero alias quoque animi affectiones generatim, ut ante dixìmus, explicare conabimur.

---

1 *Needhami* conjecturæ de hoc loco nequaquam adſentior, qui περὶ pro περὶ repoſuit; nam verba ſecundum *Caſauboni* verſionem ſunt ſatis perſpicua: dicit enim *Theophraſtus* quòd procœmia mitteret, neque multa de re afferret, ſed eam breviter definiret.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α.

ΠΕΡΙ ΕΙΡΩΝΕΙΑΣ.

Ἡ Μὲν οὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπῳ λαβεῖν, προσποίησις ἐπὶ τὸ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων. [1] ὁ δὲ εἴρων, τοιοῦτός τίς ἐστιν, οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλει λαλεῖν οὐ μισεῖν, καὶ ἐπαινεῖν παρόντας οἷς ἐπέθετο λάθρα, καὶ τούτοις [2] συλλυπεῖσθαι ἡττωμένοις· καὶ συγγνώμην δὲ ἔχειν τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι, καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις· καὶ πρὸς τοὺς ἀδικουμένους καὶ ἀγανακτοῦντας.

CAPUT. I.

DE DISSIMULATIONE.

Dissimulatio igitur, si quis rudi definitione complecti velit, est "*cum factorum tum dictorum in deterius fictio.*" Homo autem dissimulator talis est, qui ad inimicos suos adeat, quasi alloqui eos velit, non amplius odisse: quique illos quos clam insectatus est, præsentes laudat, & si victi fuerint, eorum vicem doleat. Si quis ipsi maledicat, ei ignoscit, jactaque in se convitia negligit; cum iis etiam, qui quòd injuriam ab ipso passi

---

1 Nomine εἴρωνος hoc in loco intelligi videtur, is, qui operam dat, ut eos, quibuscum versatur, per mendacia decipiat; quique egregiè sibi placet, ubi aut dictis aut factis aliorum spem & expectationem jocosè (uti sibi videtur) fefellerit. *Fellus.*

2 Putà, in judicio, si litem perdiderint: aut ex aliquo certamine (qualia erant apud veteres multa) inferiores recesserint: aut denique clade belli fuerint affecti. *Casaub.*

πρᾴως διαλέγεσθαι. [1] καὶ τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις, προστάξαι ἐπανεκθεῖν· καὶ μηδὲν ὧν πράττει, ὁμολογῆσαι, ἀλλὰ φῆσαι βουλεύεσθαι· καὶ προσποιήσασθαι ἄρτι παραγεγονέναι, καὶ ὀψὲ γενέσθαι αὐτὸν, καὶ μαλακισθῆναι. [2] καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους [3] καὶ ἐρανίζοντας, ὡς οὐ πωλεῖ· καὶ μὴ πωλῶν, φήσει πωλεῖν. καὶ ἀκούσας τὶ, δόξει μὴ προσποιεῖσθαι· καὶ ἰδὼν, φήσει μὴ ἑωρακέναι, καὶ ὁμολογήσας μὴ μεμνῆσθαι. καὶ τὰ μὲν σκέψεσθαι φάσκει, τὰ δὲ οὐκ εἰδέναι,

sint, queritantur, blande benigneque loquitur. Eos qui ipsum confestim conventum velint, jubebit redire iterum. Quicquid agit, clam id habet, & se adhuc deliberare dicit. Idem se modo advenisse fingit: aut sub vesperam venisse, & è via languere. Pecuniam mutuo rogantibus, aut eranum ab ipso exigentibus, nihil vendo, inquit: è contrario cum nihil vendet, tum vendere se affirmabit. Quum quid audiverit, videri volet animum non advertisse.

---

1 Si aliquis eum adeat de re seria consulturus, sibi non vacare simulabit, negotiis utique implicito; adeoque jubebit eum tempore magis opportuno redire. Quin & huc referri debent ea, quæ paulò infrà sequuntur, ἄρτι παραγεγονέναι, ὀψὲ γένεσθαι, μαλακισθῆναι. Iis enim & similibus mendaciis sese excusare satagit, hominemque ludos facit. *Fellus.*

2 Pecuniam ab eo mutuò rogantibus, aut ἔρανον sive stipem collatitiam petentibus, respondet ille, quasi eorum verba non accepisset, in officina sua nullas istiusmodi merces vænales prostare. E' contra, cum nihil habeat, quod vendat, merces aliquas, quas viliori pretio vendere queat, sibi presto esse narrat; nimirùm, ut animos spe lucri erectos deprimat, hominumque expectationem frustretur. *Fellus.*

3 Moris erat apud Athenienses, ut amicos suos adversâ fortunâ utentes nummis collatitiis sublevarent; qui tamen non prorsùs gratuitò dabantur, sed eâ lege, ut si quando blandior fortuna arriserit, eadem summa persolveretur. *Fellus.*

τὰ δὲ θαυμάζειν, τὰ δὲ ἤδη ποτὲ καὶ αὐτὸς ὕστω διαλογίσασθαι. καὶ τὸ ὅλον, δεινὸς τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῦ λόγυ χρῆσθαι, ὃ πιστεύω· ὃ οὐ προλαμβάνω· ἐκπλήττομαι. καὶ [1] λέγει ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι· καὶ μιὼ, ὃ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξίει· παράδοξόν μοι τὸ πρᾶγμα· ἄλλῳ τινὶ λέγε· ὅπως δέ σοι ἀπιστήσω, ἢ ἐκείνυ καταγνῶ, ἀπορῶμαι. ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ θάττον πιστεύῃς τοιαύτας φωνὰς καὶ [2] πλοκὰς καὶ παλιλλογίας· [3] ἃ χεῖρον ἐστὶν εὑρεῖν οὐδέν. τὰ δὴ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ, ἀλλ' ὀπίσθουλα, φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις.

Quum quid viderit, negabit vidiſſe. Pactus aliquid, negabit ſe meminiſſe. De aliis dicit ſe cogitaturum, alia neſcire, mirari alia: de quibuſdam ſe quoque jam ante ſimiliter cogitaſſe. Denique frequens omnino in ejus ore hujuſmodi eſt oratio, "*Non credo: Non puto: Obſtupeſco. Seſe etiam* "*alium fuiſſe dicet.*" Item, "*Atqui non hæc erat* "*ipſius apud me oratio. Res mihi videtur mira, &* "*fidem omnem ſuperare: Quære alium cui iſta narres:* "*Tibine diffidam, an illius damnem fidem, neſcio.*" At tu cave ſis vocibus iſtiuſmodi & involucris ſimulationum recantatis dictis credas: qua re deterior nulla queat reperiri. Enimvero mores hujuſmodi hominum, non ſimplicium ſed inſidioſorum, magis quam viperas fugere debemus.

1 Καὶ λέγει ἑαυτὸν &c.] Senſus eſt, cum ipſemet fuerit, qui id, de quo quæritur, dixerit feceritvè, non ſe tamen, ſed alium, fuiſſe dicet, à quo id fuit dictum factumvè. *Caſaub.*

2 Vocat πλοκὰς quæ *Cicero* lib. 11. de orator. cap. 86. involucra & integumenta diſſimulationis; ſive ſubdolos & ad fallendum compoſitos ſermones, tanquam retia vel laqueos.

3 Sic præclarè maximus poetarum *Iliad.* 9. v. 312.

Ἐχθρὸς γὰρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.

ΚΕΦ. β'.

ΠΕΡΙ ΚΟΛΑΚΕΙΑΣ.

ΤΗΝ δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν αἰσχρὰν εἶναι, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι. τὸν δὲ [1] κόλακα τοιοῦτόν τινα, ὥςτε πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν, Ενθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι; τοῦτο οὐδενὶ γίνεται τῶν ἐν τῇ πόλει πλὴν ἢ σοί. ηὐδοκίμεις χθὲς [2] ἐν τῇ ςοᾷ· πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων, καὶ ἐμπεσόντος λόγου, τίς εἴη βέλτιςος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους

CAP. II.

DE ADULATIONE.

ADulationem vero putet aliquis esse "*turpe* "*quoddam colloquii genus*, sed *quod adu-* "*latori conducat.*" Adulator autem is est, qui si cum aliquo ambulet, ei dicat, "*Viden' ut omnes in* "*te oculos convertunt? Fit hoc nemini ex omnibus civi-* "*bus præterquam tibi. Heri in porticu magnum bonæ* "*existimationis tuæ fructum capiebas. Nam quum* "*homines ibi plus quam triginta sederent, sermoque* "*incidisset, Ecquis civium esset optimus? & orsos ab*

---

1 Τὸν κόλακα] *Galenus*, in libro de dignoscendis curandisque animi affectibus, adulatorem tribus notis insignit, τῷ προσαγορεύειν, τῷ παραπέμπειν, τῷ συνδειπνοῖν τοῖς πολὺ δυναμένοις ἢ πλουτοῦσι.

2 Hæ porticus loci quidam erant, in quibus cætus publici habebantur. Imaginum varietate, picturis elegantioribus, multisque sedibus ornabantur. Hîc confluxêre & publicè docuêre Philosophi. Plurimæ apud Athenas fuêre porticus, quarum una celebrior Ποισιανάκτιος, & postea Πρικίλη, vocabatur. Hîc suam Philosophiam primò docuit, sectamque instituit *Zeno*; quæ non ab Auctore, sed à loco, in quo docuit, nomen duxit.

πάντας, ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι. καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν χοχίδα. καὶ ἐάν τι ὑπὸ τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς ἀπὸ πνεύματος ὑποσενεχθῇ ἄχυρον, καρφολογῆσαι· καὶ ὑπογελάσας δὲ εἰπεῖν, ὁρᾷς; ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν οὐκ ἐντετύχηκα, πολιῶν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεῖζον· καίπερ, εἴτις καὶ ἄλλος, ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα· καὶ λέγοντος δέ αὐτοῦ τι, τοὺς ἄλλους σιωπᾷν κελεῦσαι, καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἄκροντος, καὶ ὑποσημήνασθαι δέ, εἰ παύσεται, ὀρθῶς. καὶ σκώψαντι ψυχρῶς ὑπογελάσαι, τό τε ἱμάτιον ὦσαι εἰς τὸ στόμα, ὡς δὴ οὐ δυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα. καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ὑπισῆναι μικρὸν κελεῦσαι, ἕως ἂν Αὐτὸς παρέλθῃ. καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα

"*ipſo, & in ejuſdem nomen ſimul omnes recidiſſe.*" Hæc ille loquitur, aliaque his ſimilia. Idem ex illius veſtimentis, cui aſſentatur, floccos ſolet eximere. Quod ſi qua vel palea vel feſtuca à vento acta illius capillamento adhæſerit, tollit adulator & ſimul renidens, "*En*, inquit, *quia biduo* "*hoc ego te non vidi, ut canitie barba tibi eſt referta:* "*atqui tu ſane, qui id ætatis homo ſis, habes, ut ſi* "*quis alius, capillos nigros.*" Jam ſi aliquid dicat Ille, hic vero adulator ſilentium omnibus imperare, in os laudare, dicenti voce geſtuque applaudere, & ubi finem dicendi fecerit, "*Dictum bene!*" acclamare. Et ei quamvis ineptè jocanti arridebit, veſtemque in os ſibi indet, quaſi riſum tenere non queat. In via ſi qui fiant obvii, ſiſtere gradum jubet, donec Ille tranſierit. Mala etiam & pyra a ſe empta domum liberis Illius

καὶ ἀπίους πριάμενος, εἰσενέγκας δοῦναι, ὁρῶντος αὐτοῦ· καὶ φιλήσας δὲ εἰπεῖν, χρηστοῦ πατρὸς νεότια; καὶ συνωνούμενος δὲ χρηπῖδας, τὸν πόδα φῆσαι εἶναι εὐρυθμότερον τοῦ ὑποδήματος. [1] καὶ πορευομένου πρός τινα τῶν φίλων, προδραμὼν εἰπεῖν, ὅτι πρός σε ἔρχεται· καὶ ἀναστρέψας, ὅτι προσήγγελκα. ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ [2] γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἀπευσί· καὶ τῶν ἑστιωμένων, πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον· καὶ προσφερομένων εἰπεῖν, ὡς μαλακῶς ἐσθίεις; καὶ ἄρας τι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης, φῆσαι, τουτὶ

afferre, & ſpectante ipſo dare moris habet: atque adeo ipſos oſculatus, Probi patris puliitiem! ait, exclamans. Crepidas ementi ſi comes affuerit, pedem dicet ipſo calceo eſſe concinniorem. Adeunte Illo ad amicorum aliquem, curſu præire aſſentator, & huic quidem, Venit Ille, inquit, ad te: ſtatimque reverſus, Ego, ait, de tuo adventu præmonui. Sane etiam quæcunque ad muliebre forum pertinent, didicit iſte omnia ſedulo & diligenter miniſtrare: nec non ex omnibus convivis vinum primus laudare: & Illi aſſidue aſſiſtens, dicere, "*Ut tu molliter comedis?*" & de iis quæ menſæ ſunt appoſita, aliquid attollens, "*Hoc vero*, ait,

1 Mos fuit Græcis Romaniſque cum ad aliquem amicorum viſerent, nuncio miſſo ſuum adventum ſignificare. Apud Romanos vero, etiam maritus rure domum revertens mittebat qui adventum ſignificaret uxori, ut auctor eſt *Plutarchus* in *Quæſtionibus Romanis* p. 266. ac videtur fuiſſe hoc munus eorum ſervorum quos *Anteambulones* vocat *Martialis*. Sic *Terentius* Phorm. Act. 5. Sc. 11. *Abi, Geta, prænuntia. Caſaub.*

2 Adulator iſte in minutis ac ſordidis negotiis ſedulus ac feſtinus per forum muliebre (quale Athenis fuit, ubi minuta vaſa, & eſcaria, forſan ac olera, vænirent) aſſiduè diſcurrit, & officioſum ſe præſtat.

ἄρα ὡς χρηστόν ἐστι! καὶ ἐρωτῆσαι μὴ ῥιγοῖ, καὶ εἰ ὑπιβαλέσθαι βούλεται, καὶ ἔτι περιστεῖλαι αὐτόν· καὶ μὴν ταῦτα λέγων, πρὸς τὸ οὖς προσπίπτων, ψιθυρίζειν· καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων, τοῖς ἄλλοις λαλεῖν. καὶ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος [1] τὰ προσκεφάλαια, αὐτὸς ὑποστρῶσαι. καὶ τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι· καὶ τὸν ἀγρὸν εὖ πεφυλεῦσθαι· καὶ τὴν [2] εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι. τὸ κεφάλαιον, τὸν κόλακά ἐστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα οἷς χαρίεσθαι ὑπολαμβάνει.

"*quam bonum est!*" Quærere etiam amat, nunquid Ille frigeat, nunquid tegi adhuc velit, & amplius eum cooperire velit: & quidem hæc dicens, ad aurem hominis se inclinat, eique aliquid insusurrat: in eundem etiam dum alios alloquitur, oculos defixos habet. Pulvinos in theatro puero ademptos, ipse substernit. "*Domum* ait *bene & ingeniose fuisse dimensam &* "*ædificatam: agrum diligenter consitum: imagi-*"*nem per esse similem.*" In summa, assentatorem semper videas, & facere omnia, & dicere quæ audientibus putat fore grata.

---

1 Inter veteres ii, qui aut magni fuerunt aut viderentur, cum publicis adessent spectaculis, pulvinaribus aut insederunt aut incubuerunt. Servus ponè sequens hæc pulvinaria portavit, ut alia capiti, alia autem Heri alicui corporis parti substerneret. Turpe hoc & servile fuit officium; nil tamen se indignum putat adulator, modò voti sit compos. Imò, patroni pulvinar ipse fieret, si hâc lege ejus gratiam conciliaret.

2 Intelligendum hoc est de imagine quam artifex pulchriorem multo fecerit eo quem refert. Nam hoc genus adulationis olim usitatum fuit. Vid. *Lucianum περὶ τῶν εἰκόνων.* *Casaub.*

ΚΕΦ. γ'.

ΠΕΡΙ ΑΔΟΛΕΣΧΙΑΣ.

Ἡ δὲ ἀδολεσχία ἐστὶ μὲν διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπερβουλεύτων. ὁ δὲ ἀδολέσχης, τοιοῦτός ἐστιν, οἷος ἂν μὴ γνώσκει, τούτῳ προσκαθεζόμενος πλησίον, πρῶτον μὲν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον· εἶτα ὁ τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον, τοῦτο διηγήσασθαι· εἶθ' ὧν εἶχεν ὀπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν. εἶτα δὴ προσχωροῦντος τοῦ πράγματος, λέγειν ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων· καὶ ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ· καὶ ὡς πολλοὶ ὀπιδημοῦσι

CAP. III.

DE GARRULITATE.

GArrulitas eſt "*longorum & inconſideratorum* "*ſermonum effutitio.*" Garrulus autem ejuſmodi eſt, qui vel apud ignotum juxtim ei aſſidens, uxoris ſuæ laudes predicare inſtituat: deinde quod præcedenti nocte ſomniaverit, id narret: tum quæcunque in cœna ſibi fuerint appoſita, omnia ſigillatim recenſeat. Mox vero ubi incaluerit, homines hujus ſæculi dicet eſſe antiquis deteriores: frumenta in foro vili væniſſe pretio: peregrinos eſſe in urbe quam plurimos: mare ſtatim a Dio-

---

1 Intellige hîc πυρῶν ἀγορὰν, qualis erat Romæ minutia frumentaria. Ut annona ipſa communis omnium victus eſt, ita pretium annonæ communis ferè omnium ſermo, & nugaces & futiles præſertim homines ex hoc garriendi anſam arripiunt, & frivolis ineptiſque quæſtionibus obvium quemque obtundunt; ut, *quanti venit triticum in foro? Hora quota eſt?* &c. *Duport.*

[1] ξένοι· καὶ τὴν θάλατταν ἐκ [2] Διονυσίων πλώϊμον εἶναι· καὶ, εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ, τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι· καὶ, ὅτι [3] ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει· καὶ, ὡς [4] χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν· καὶ, ὡς Δάμιππος [5] μυστηρίοις μεγίστην

nysiis patere navibus: & si Jupiter pluerit, eorum quæ terra conduntur, meliorem fore proventum, seque agrum suum in sequentem annum esse culturum: ait etiam vivendi rationes esse perdifficiles: & quum Mysteria agitarentur, Damippum facem

---

1 Etiam hinc garriendi ansam arripit ὁ ἀδολέσχης. Nec mirum; solent enim homines peregrini in aliqua civitate commorantes omnium oculos ad se attrahere. Communis enim naturæ humanæ morbus est τὸ φιλέκπλουν; & imprimis propter hoc notati sunt Athenienses, ad quorum mores præcipuè respicit *Theophrastus*. Hunc novitatis pruritum, quo laborabant Athenienses, tangit ipsa sacra Scrip. *Act. Apost.* cap. 17. v. 21.

2 *Dionysia* sunt Liberalia, seu Bacchanalia festa; *scil.* quæ in honorem Bacchi celebrantur. Gemina autem *Dionysia* ab Athenienſibus agebantur; una autumnalia, altera verna. *Dionysia autumnalia* in agris habebantur extra urbem; undè dicta erant Διονύσια τὰ κατ' ἀγρούς, &, *Dionysia Minora*; erant enim tantùm quædam præparatio ad verna Bacchanalia, quæ majora & antiquiora fuêre. Hæc verna τὰ κατ' ἄστυ Διονύσια vocabantur, quia habita erant in urbe. Hæc etiam intelligit hoc in loco *Theophrastus*. Nam hyeme maria olim fuisse clausa nemo ignorat, ex *Horatii*, lib. 1. Od. 4.

Solvitur acris hyems &c.

Quandocunque igitur Διονύσια absolutè legimus apud Atticos scriptores, *Dionysia verna* intelligere debemus, quæ menſe Ἀνθεστηριῶνι agebantur; *autumnalia* verò menſe Πυανεψιῶνι; quorum ille noſtro *Februario*, hic *Octobri*, respondit.

3 Id quod minimè necesse erat ut cuiquam diceret: quid enim hoc novi est, aut quid mirum, aut quid mea hoc scire refert, si quis hoc anno rus suum exerceat spe futuræ messis anno proximo; hoccine adeo novum, adeo mirum? imò mirum, si non.

4 Ita nos, "*'Tis a hard World.*" Hoc garrulis & otiosis hominibus frequenter in ore est: qui cum nihil præterea habent quod dicant, hoc sæpiùs inculcant.

5 *Damippus* iste qui fuerit, minimè nos docent Interpretes:

δᾷδα ἔχησε· καὶ, Πόσοι εἰσὶ κίονες τοῦ [1] Ὠδείου· καὶ, Χθὲς ἤμεσα· καὶ, Τίς ἐστὶν ἡμέρα σήμερον; καὶν ὑπομένῃ τις αὐτὸν, μὴ ἀφίσασθαι. καὶ, ὡς [2] Βοηδρομιῶνος μέν ἐστι τὰ μυστήρια, Πυανεψιῶνος δὲ

omnium maximam ſtatuiſſe. Quærit etiam, quot ſint Odei columnæ: &, Heri, ait, vomui: &, Quotus hic eſt menſis dies? Quod ſi quis patientem ſe præbeat, nunquam ille ab eo diſcedat. Narrabit Myſteria menſe Boëdromione, Apaturia

---

nec fortaſſe id multùm refert: ita licèt maximam facem præ ſe ferat, neſcio tamen quomodo in tenebris & obſcuro eſt. Per hæc Myſteria, Eleuſinia, ſive *Cereris* ſacra, intelligenda ſunt; ea enim κατ' ἐξοχὴν dicebantur *μυστήρια*. In hiſce autem ſacris, quæ noctu peragebantur, faces accendi erant ſolitæ in memoriam *Cereris*, quæ accensâ face amiſſam quærebat *Proſerpinam*. Et qui maximam facem accendebat, is maximè honoraſſe hoc numen videbatur. *Duport.*

1 Celeberrimum *Athenis* hoc Ædificium fuit, à *Pericle* extructum. Habuit hoc Odeum ſedilia intùs columnaſque plurimas, tectumque acclive, & in unum faſtigium aſſurgens. Quin etiam variis ſtatuis & imaginibus fuit ornatum & inſignitum. Triplici uſui inſerviit, præterquam quòd urbi ornamento erat. Nam primò *Theatrum* erat ſive *Gymnaſium*, in quo Muſici, Poetæ, aliique id genus in ſua arte ſe exercebant & ſpectatores oblectabant, unde & nomen obtinuit ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. Deinde & forum erat frumentarium, in quo annona tempore caritatis pauperibus diſtribui ac vendi ſolebat. Et denique *forum juridicum*, in quo εἰτὰ δίκη apud Archontem agebatur. Quærit jam garrulus, quot hujus Odei ſint columnæ? Ut ſi quis hodie quærat, quot erunt in *Bibliothecâ Radcliffianâ* columnæ? Quod certè non tanti eſt, ut quis vel id quærere, vel ſcire, ſatagat.

2 Omnia ferè Athenienſium feſta hîc percurrit ὁ ἀδολέσχης, & per totam ferè Menologiam Atticam nos manu, imò linguâ, ducit. De nominibus Menſium Græcorum hîc obſervandum eſt, omnes Menſes Atticos à propriis feſtis, quæ in iis fiebant, nomina ſua obtinuiſſe. Sic Βοηδρομιὼν, i. e. *Septemb.* dictus eſt παρὰ τὰ Βοηδρόμια. Erant autem *Boëdromia* feſtum Athenis celebratum in memoriam illius victoriæ, quam adversùs Eumol-

Απατοῦρια, Ποσειδεῶνος δὲ τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια· [1] παρασείσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων, καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις [2] ἀπύρετος βούλεται εἶναι. ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν, [3] μήτε σπουδὴν διαγινώσκουσιν.

Pyanepsione, Posideone vero quæ ruri agitantur Dionysia, solita celebrari. Id genus homines demissis manibus, grandique gradu fugiat oportet, quisquis febre carere volet. Difficile enim est cum iis durare, qui neque otii neque negotii tempora distinguere norunt.

---

pum reportârunt Athenienses. Sic Πυανεψιὼν, i. e. *Octob.* παρὰ τὰ Πυανέψια. Celebrabantur autem hæc Πυανέψια in honorem Apollinis. Sic etiam Ποσειδεὼν, i. e. *Decemb.* ἀπὸ τῶν Ποσειδείων. Erant autem Ποσείδεια Neptuno sacra.

Festa, quæ in his peragebantur, à *Theophrasto* hîc nominata sunt, μυστήρια, nempe Eleusinia; ἀπατούρια, nempe sacra Baccho instituta; vocabantur autem ἀπατούρια, quia infantes, antequam his sacris initiarentur, videbantur esse ἀπάτορες, patris expertes; & διονύσια, nempe Bacchanalia minora; de quibus suprà. Sed de his consulat Lector *Jos. Scalig.* in Operis Magni libro primo, *Archiepisc. Potter*, in Archeol Attic. lib. 2. cap. 10. & *Duport.* in Locum.

1 Triplex ellipsis seu defectus in insigni hâc sententia. Duæ sunt ex elegantiâ Auctoris in illis participiis παρας. & διαρ. pro παρας. τὰς χεῖρας & διαρ. τὰ σκέλη, h. e. *demissis manibus*, & *distentis cruribus*. Tertia ellipsis est ex incuriâ Scriptoris, ut videtur; *scil.* verbi φεύγειν, cum quo accusativus ille τοιούτους commodè cohæreat. *Duport.*

2 Garrulitas certè morbus est: & quidem morbus, non illius tantùm, qui loquitur, sed & auditori vel morbo pejor. Nec mirum est sermonem garruli in febrem conjicere audientes, cum ejus dicta nihil aliud sint, quàm febricitantis somnia; nec quis miretur, quòd è tam frigido ore hæc ψυχρολογία πυρετὸν (i. e. febrem) producat; forte enim hoc facit per *Antiperistasin*. Sic facetè *Martialis*, *Frigida es, & febris es; non es & es* πυρετὸς. *Duport.*

3 Prudentis est otii & negotii tempora discernere atque distinguere: utraque enim hæc non minùs quàm lucem & tenebras spatiis suis atque cancellis Deus & Natura distinxerunt.

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΑΓΡΟΙΚΙΑΣ.

ΗΔΕ [1] ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία [2] ἀσχήμων· ὁ δὲ ἄγροικος, τοιοῦτός τις, οἷος κυκεῶνα [3] πιὼν εἰς [4] ἐκκλησίαν πορεύεσθαι· καὶ τὸ μύρον φάσκειν οὐδὲν τοῦ θύμου ἥδιον ὄζειν· καὶ μείζω τοῦ ποδὸς τὰ [5] ὑποδήματα φορεῖν· καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ

CAP. IV.

DE RUSTICITATE.

RUsticitas vero "*honeſtatis & decori ignoratio* "*videri queat.*" At ruſticus is eſt, qui hauſto pharmaco in concionem nihilominus prodeat: quique unguentum non ſuavius fragrare thymo dicat, calceos geſtat pede grandiores: voce etiam alta loqui ſuevit. Amicis neceſſariiſque ſuis parum

---

1 Vox ἀγροικία latè hîc ſumitur pro quavis ruſticitate & inurbanitate, quæ vitæ civilioris regulas tranſgreditur, nec decorum ſervat in voce, geſtu, cultu & habitu. *Duport.*

2 Hoc epitheto videtur non tantùm denotari *Forma* Ruſticitatis, quæ eſſe conſtituit, ſed etiam *Materia* circa quam verſatur. Ruſticitas enim præcipuè cernitur circa χῆμα τῦ σῶματος, habitum & geſtum corporis. *Duport.*

3 Notum eſt, quid iis ſolet accidere, qui purgandi gratiâ per alvum pharmacum ſumpſerint.

4 Ἐκκλησία apud Athenas locus erat, ubi, ut de rebus publicis conſuleret, populus conveniebat. In his nulla dignitatis ratio; cunctis civibus, modò liberi eſſent, admiſſis. Harum eccleſiarum duo erant genera, quarum in una ſuâ ſponte populus, in alterâ verò magiſtratuum juſſu, congregari ſolebat.

5 Solitos fuiſſe vehementer irrideri, qui nimis laxos calceos geſtarent, oſtendit locus *Ariſtophanis* in *Equitibus*, Act. 1. Sc. 3. V. 85. Et *Horatii*, lib. 1. Sat. 3. V. 29.

———*rideri poſſit, eò quòd*
Ruſticius tonſo toga deſluit, & male laxus
In pede calceus hæret.———

Ab hâc ruſticitate natum apud Græcos proverbium de re quavis parùm conveniente; id enim dicebant eſſe ὑπὲρ τὴν πέδιλα.

λαλεῖν· καὶ τοῖς μὲν φίλοις καὶ οἰκείοις ἀπιστεῖν, περὶ δὲ τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας ἀναλοινοῦσθαι περὶ τῶν μεγίστων· καὶ τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις μισθωτοῖς ὢν ἀγρῷ, πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι. καὶ ἀναβεβλημένος [1] ἄνω τοῦ γόνατος, καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι. καὶ ἐπ' ἄλλῳ μὲν μήτε θαυμάζειν, μήτε ἐκπλήττεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς· ὅταν δὲ ἴδῃ βοῦν, ἢ τράγον, ἑστηκὼς θεωρεῖν. καὶ περαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμείου, δεινῶς φαγεῖν, καὶ [2] ζωρότερον πεῖν· καὶ τὴν σιτοποιὸν πειρᾶν λαθεῖν· κατ' ἀλέσας μετ' αὐτῆς μετρεῖν τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ [3] αὐτῷ τὰ ὀπι-

fidens, de rebus maximis ad famulos refert: quæcunque in concione audivit, omnia mercenariis ſuis, qui ruri apud ipſum opus faciunt, enuntiat. Sæpe etiam veſte ita ſupra genu adducta ſedet, ut denudatæ corporis partes conſpici queant. In via aliorum quidem nihil admiratur, neque ulla re percellitur: ſed ſi bovem, aſinum, aut hircum viderit, ibi homo gradum ſiſtere, & contemplari. Quumque aliquid è promptuaria cella depromit, decerptum inde fruſtum vorat: & vinum meracius potat: diligenter interim ne hoc ancilla panifica reſciſcat, cavens. Deinde vero cum illa moluit,

1 Hoc prorſùs hodiè mulieribus noſtratibus ruſticanis convenit, quas ſæpe videas non rure tantùm ſubductâ indecorè veſte opus facere, ſed etiam urbem ita ingredi, cum ad nundinas ventitant. Notum eſt autem, veteres ſubligaculis, quibus nos hodie utimur, extra ſtadium aut ſcenam non eſſe uſos: itaque & Romani veteres togam, & Græci pallium ad calceos demittebant.

2 Sic *Homerus*, Ζωρότερον δὲ πίεσκεν. Vertimus *meracius*, ſed verti poteſt *uberius*, *largius*, vel *avidius*.

3 Teſte *Donato* in *Terent.* Phorm. Act. 1. Sc. 1. Servi quaternos modios accipiebant frumenti in menſem; & id *Demen-*

τήδεια. καὶ ἀειρῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον· καὶ κόψαντος τὴν θύραν ἐπακοῦσαι αὐτός. καὶ τὸν κύνα προσκαλεσάμενος, καὶ ἐπιλαβόμενος τοῦ [1] ῥύγχους, εἰπεῖν, οὗτος φυλάττει τὸ χωρίον, καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς ἔνδον. καὶ τὸ ἀργύριον δὲ πρός τοῦ λαβὼν [2] ἀποδοκιμάζειν, λέγων λυπρὸν εἶναι, καὶ πρὸς ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι. καὶ ὃ ἄροτρον ἔχρησεν, ἢ κόφινον, ἢ δρέπανον, ἢ θύλακον, ταῦτα τῆς νυκτὸς

tum aliis omnibus domeſticis, tum ſibi etiam ipſi victum metitur. Inter prandendum jumentis pabulum objicit: & ſi quis fores pulſet, ipſe auſcultat. Vocato etiam cane, & ejus roſtro manu prehenſo, Hic, inquit, & agrum & domum, quique in ea ſunt omnes cuſtodit. Nummum quem ab aliquo accepit, rejicere ſolet, dicens vilem eum eſſe, & reprobum, poſtulatque ut alius pro eo commutetur. Aratrum ſi cui forte utendum dederit, aut cophinum, aut falcem, aut ſaccum, nocte intempeſta illa *repetet*, ſi per inſomnium fuerit eorum

---

ſum dicebatur, utrum à menſe, an à metiendo, incertum eſt. Mera autem ruſticitas eſt, patrem-familias, tanquam unum è ſervis, è demenſo vivere.

1 Præclarè iſta homini ruſtico conveniunt; nam vulgò ruſtici canes appellabant cuſtodes mutos. Tales ſunt apud nos canes *Moloſſi*; quos nemo paulò comptior & civilior roſtro prehenderit, tam grandes, agreſtes & inciviles ſunt. Noſtrates tamen mulierculæ mollicellæ & delicatulæ catellas ſuas adeo in Deliciis habent, ut non tantùm ſinu fovent, ſed & ἐπιλαμβάνονται τὸν ῥύγχους. καὶ καταφιλοῦσι.

2 Ruſtici, quia τῆς ἀργυρογνωμικῆς imperiti ſunt, fraudem in pecuniis ſuſpectant, & curiosè nummos examinant, ne forte iis imponatur; adeo ut aliquando pecuniam rejiciant etiam immeritò, cum ſumma iis perſolvenda fuerit, omnia tuta timentes. Et omninò ſuſpicioſum eſſe ſignum eſt ruſtici & inurbani. *Duport.*

κατὰ ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος. καὶ εἰς ἄστυ καταβαίνων, ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα, πόσου ἦσαν αἱ [1] διφθέραι καὶ τὸ τάριχος· καὶ, εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν [2] νουμηνίαν ἄγει; καὶ εἰπεῖν εὐθὺς ὅτι βούλεται [3] καταβὰς ἀποκείρασθαι. καὶ ἐν [4] βαλανείῳ δὲ ᾆσαι· καὶ εἰς τὰ [5] ὑποδήματα δὲ ἥλους ἐγκροῦσαι· καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ

recordatus. In urbem cum venit, obvium quemque interrogans, "*Quanti*, ait, *pelles & salsamenta* "*vænibant?* &, *Nunquid hodie ludi novam lunam* "*adducunt?* Dicit etiam, *se simul ac descenderit*, "*tondere velle.*" Idem cantare in balneo; & clavis calceos suffigere; &, quia eadem via erat, ab Archia

---

1 Διφθέραι non sunt pelles, sed vestes è pellibus; *Lat. Rhenones*; qualibus rustici fere induuntur. Et quemadmodum διφθέρα rusticorum vestis, ita τάριχος rusticorum erat cibus: non mirum ergo si de horum pretio quærat rusticus. *Duport.*

2 Rusticissimè hîc quærit, quasi lunæ vices à festis dependerent, *an certamen seu ludus publicus novilunium adducat?* Per hypallagen pro, *an novilunium adducat ludum?* Calendis seu noviluniis tum apud Græcos, tum apud Romanos, tum etiam apud Hebræos, festa & solemnia habebantur. Apud Ethnicos Neomenia sacra erant Apollini, h. e. Soli, quia Sol causa est novilunii, quippe circa id Temporis cum Lunâ conjunctus.

3 *Descendit*, scil. in urbem. Rusticis enim solenne est festis tantùm diebus elegantiæ consulere, suasque barbas deponere. Trajectio porrò hîc notanda. Sensu enim τὸ εὐθὺς præcedit καταβὰς. Eadem est Trajectio τοῦ εὐθὺς *Matth.* 3. 16.

4 Balneorum apud antiquos ut insignis fuit usus, ita valdè notabantur, qui in iis se indecorè gesserant. Unde qui clamorem, aut cantum, aut tumultum in balneo excitaverat, pro rudi & rustico homine habebatur. Etiam carmina & scripta recitare in balneis absurdum & importunum. Hinc *Horat.* Lib. 1. Sat. 5. V. 74. ——— *in medio qui*
Scripta foro recitent, sunt multi; quique lavantes.

5 Hoc etiam rustici hodie apud nos factitant; ne calceamenta nimio usu terantur, clavos ferreos suffigunt, quos propterea *clavos rusticos* vulgò appellant. Insigne hoc rusticitatis signum.

παριὼν κομίσασθαι [1] παρ' Αρχίου τοὺς ταρίχους.

ΚΕΦ. ε'.

ΠΕΡΙ ΑΡΕΣΚΕΙΑΣ.

ΗΔΕ [2] ἀρέσκεια, ἔστι μὲν, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἔντευξις οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ ἡδονῆς παρασκευαστική· ὁ δὲ ἄρεσκος, ἀμέλει τοιοῦτός τις, οἷος πόῤῥωθεν προσαγορεύσας, καὶ ἄνδρα κράτιστον εἰπὼν, καὶ [3] θαυμάσας ἱκανῶς, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μὴ

salsamenta accipere, ac portare ipse, moris habet.

CAP. V.

DE BLANDITIA.

BLanditia, si quis eam definire velit, est "*congressio parum honestas voluptatis illecebras habens.*" Blandus vero is est, qui è longinquiore spatio aliquem salutare, & virum appellare præstantissimum, fortunamque ejus admirari soleat, & utraque manu prehendens, non dimittat: sed

---

1 Rusticitas hîc à *Theophrasto* notata in eo est, quòd malit iste, cum ante Archiæ Salsamentarii officinam transiret, Salsamenta emere ac secum auferre, quàm aliquem postea famulum domo mittere, qui emat & afferat. Archias, cujus hîc fit Mentio, nobilis forsan aliquis fuit Athenis ætate *Theophrasti* Salsamentarius; quales fuêre in eâdem urbe Chærephilus, Euthymus, Phidippus, aliique veterum Poetarum Comœdiis nobilitati. *Casaub.*

2 Differt *Blanditia* ab *Adulatione* (de qua cap. 2.) solo fine. Hæc enim suum sibi commodum pro fine proponit: blanditia verò solùm hoc spectat, ut placeat in congressibus & convictu.

3 Proprium blandorum & adulatorum mirari alios: *Cic.* in Paradox. 5, cap. 11. *Loquitur ad voluntatem; quicquid denuntia-*

ἀφίενται· καὶ μικρὸν προπέμψας, καὶ ἐρωτήσας πότε αὐτὸν ὄψεται, ἔτι ἐπαινῶν ἀπαλλάττεται. καὶ προσκληθεὶς δὲ πρὸς δίαιταν, μὴ μόνον ᾧ πάρεστι βούλεται ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα [1] κοινὸς εἶναι δοκῇ. καὶ τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν, ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν. καὶ κεκλημένος δὲ ὅπου δεῖπνον, κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία τὸν ἑστιῶντα· καὶ εἰσιόντα, φῆσαι [2] σύκῳ ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρί· καὶ προσαγομένῳ φιλῆσαι, καὶ παρ' αὐτὸν καθίσαι·

aliquantiſper comitatus, quærens quando ſit illum viſurus, vix tandem domum revertatur, ejus interim laudes prædicans. Idem factus arbiter, non ei tantum cui adeſt, ſed adverſæ etiam parti, ut communis utriuſque amicus habeatur, gratificari ſtudebit. Peregrinos juſtiora quam cives loqui dicet. Ad cœnam invitatus, convivii dominum ut liberos ſuos vocet rogabit: atque illis ingredientibus, negabit ficum ficui tam eſſe ſimilem, quam illi ſint patri: deinde eos ad ſe vocabit oſculatuſque, ſibi aſſidere jubebit: & cum aliis jocans, *En*

---

tum ſit, facit; aſſentatur, aſſidet, miratur. Sic apud *Horatium* alioſque, *mirari* accipitur. Etiam apud Græcos τὸ θαυμάζειν verbum eſt abjecti animi, & planè ſervile.

1 Hoc eſt, ut videatur utriuſque partis benevolus, non ejus ſolùm, unde dicit. Atqui hoc ſine prævaricationis ſuſpicione fieri non poteſt. Judici iſtud potiùs conveniat, cujus officium eſt, ut præclarè ſummus ait vates,

Εἰς μέσον ἀμφοτέροισι δικάζειν, μηδ' ἐπ' ἀρωγῇ.
Iliad. Υ. v. 574.

2 Animadvertenda eſt hoc in loco ſingularis quædam Βεμχυλογία. Hoc enim dicere voluit, ὁμοιότερα ἐστὶ τῷ πατρὶ, ἢ σῦκον σύκῳ. Eodem modo apud nos Uxores aliæ aliarum Maritis adblandiuntur, cum de liberis dicunt, *They are the very Pictures of their Father.*

καὶ τοῖς μὲν [1] συμπαίζειν αὐτὸς, λέγων, [2] ἀσκὸς, πέλεκυς· τὰ δὲ ὅπη τῆς γαστρὸς ἔᾳν καθεύδειν, ἅμα θλιβόμενον. [3] καὶ πλειοάκις δὲ ἀποκείρασθαι, καὶ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς ἔχειν. καὶ τὰ ἱμάτια δὲ χρηστὰ μεταβάλλεσθαι, καὶ χείσματι ἀλείφεσθαι. καὶ τῆς μὲν ἀγορᾶς πρὸς τὰς [4] τραπέζας περιφοιτᾶν· τῶν

utrem, inquiet, *En ſecurim:* alios in ſinum recumbere dormientes, quamvis onere gravetur, ſinet. Comam ſæpius ſolet tondere: dentes nitidos habere: veſtes, quæ uſui adhuc eſſe poſſint, mutare; unguento uti. Ac fori quidem in eam maxime partem ventitat, ubi ſunt argentariorum menſæ:

---

1 De falſis fictiſque amicis loquens hoc non omiſit *Juvenalis*. Nam idem planè ſibi hæc volunt. Sat. 5. v. 141.

Sed tua nunc Mycale pariat licet, & pueros tres
In gremium patris fundat, ſimul ipſe loquaci
Gaudebit nido: viridem thoraca jubebit
Aſſerri, minimaſque nuces, aſſemque rogatum,
Ad menſam quoties paraſitus venerit infans.

2 Exiſtimo ἀσκὸν τὴν πίλησιν hîc eſſe, non id, quod vulgò ſignificant; ſed crepundia ex infantium collis, ut fit, dependentia: quæ, quòd eſſent ad ſimilitudinem veri *utris* & veræ *ſecuris* efficta, ideo ita nominantur. *Caſaub.*

3 Quæ ſequuntur ab hoc loco ad finem capitis prorſùs alius ſunt generis, quàm quæ hactenus præceſsêre: nam in iis omnibus eluceſcit inepta quædam virtutum imitatio, cum non minùs inepta opum oſtentatione. Sunt enim, ad quos iſta pertinent, valdè affines iis, quos veteres Romani *elegantes* vocabant, & iis, quos Græci περὶ μίλητον λαμπρύνοντας & μικροφιλοτίμους dixerunt, de quibus caput eſt infrà perelegans: non ergo ad hoc caput, quod de blanditia eſt, & hominibus blandis, commodè referri poſſunt. Quare exiſtimo tam ejus capitis, quod eſt de *blanditiâ*, finem hodie deſiderari, quàm ſequentis initium, cujus capitis hæc pars eſt. *Caſaub.*

4 Ubi verſari ſolent cives honeſtiores & ditiores. Vult enim iſte cenſeri inter meliores.

δὲ γυμνασίων ἐν τούτοις ἀγωνίζεσθαι, οὗ [1] ἂν ἔφηβοι γυμνάζωνται· τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι, ὅταν ᾖ θέα, πλησίον τῶν [2] στρατηγῶν· καὶ ἀγοράζειν αὐτῷ μὲν μηδὲν, ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ὀψάλματα· καὶ Λακωνικὰς κύνας, εἰς Κύζικον· καὶ μέλι Υμήττιον, εἰς Ρόδον· καὶ ταῦτα ποιῶν, τοῖς ἐν τῇ πόλει δοκεῖσθαι. ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινὸς, καὶ [3] τίτυρον κτήσασθαι, καὶ [4] Σικελικὰς περιστερὰς,

gymnaſia vero illa frequentat, in quibus ſe ephebi exercent: in theatro autem, cum erant ſpectacula, juxta ipſos prætores ſedet. Idem in foro ſibi quidem nihil, ſed amicis qui Byzantii ſunt, mittenda munera emtitat; necnon Laconicas canes, quas Cyzicum; & mel Hymettium, quod Rhodum mittat: atque hæc ſe facere ſuis civibus narrat. Præterea ſolet idem ſimiam domi alere, ſatyrum emere, & colum-

---

1 Sciendum, moris fuiſſe Athenis hominibus iis, quos inanis gloriolæ pruritus titillaret, in locis ut plurimum verſari, ubi ſe adoleſcentes exercebant; quò nimirùm poſſent ab illis conſpici, atque hunc ipſi ſui honoris fructum perciperent, dum in ſe juniorum ora converterent. *Caſaub.*

2 Hoc quis neget eſſe hominis vehementer ambitioſi? non enim levis eſt honos, quo iſte ſe dignatur, aſſidere in Theatro prætoribus vel exercituum ductoribus; quibus pro ſummo beneficio Reſpublica ſolebat poſt exantlatos labores bellicos jus θεωρείας concedere. *Caſaub.*

3 Pertinet hoc quoque ad Liberalitatis laudem. Ea nimirum, quæ in ſuo genere præſtantiſſima habebantur & Athenienſibus in deliciis erant, ad oſtentandam magnificentiam emptitare ſolet. Porrò *Τίτυροι* eſſe genus quoddam ſimiarum, parvam caudam habentium, ait *Theocriti* ſcholiaſtes.

4 Solebant veteres Athenienſes columbas Siculas domi alere. De quibus vid. *Athenæum* lib. 9.

καὶ τοῖς μὲν [1] συμπαίζειν αὐτὸς, λέγων, [2] ἀσκὸς, πέλεκυς· τὰ δὲ ὄπι τῆς γαστρὸς ἐᾶν καθεύδειν, ἅμα θλιβόμενον. [3] καὶ πλειοάκις δὲ ἀποκείρεσθαι, καὶ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς ἔχειν. καὶ τὰ ἱμάτια δὲ χρηστὰ μεταβάλλεσθαι, καὶ χείσματι ἀλείφεσθαι. καὶ τῆς μὲν ἀγορᾶς πρὸς τὰς [4] τραπέζας πρόσφοιτᾶν· τῶν

utrem, inquiet, *En ſecurim*: alios in ſinum recumbere dormientes, quamvis onere gravetur, ſinet. Comam ſæpius ſolet tondere: dentes nitidos habere: veſtes, quæ uſui adhuc eſſe poſſint, mutare; unguento uti. Ac fori quidem in eam maxime partem ventitat, ubi ſunt argentariorum menſæ:

---

1 De falſis fictiſque amicis loquens hoc non omiſit *Juvenalis*. Nam idem planè ſibi hæc volunt. Sat. 5. v. 141.

Sed tua nunc Mycale pariat licet, & pueros tres
In gremium patris fundat, ſimul ipſe loquaci
Gaudebit nido: viridem thoraca jubebit
Aſſerri, minimaſque nuces, aſſemque rogatum,
Ad menſam quotiès paraſitus venerit infans.

2 Exiſtimo ἀσκὸν τῇ πέλεκυν hîc eſſe, non id, quod vulgò ſignificant; ſed crepundia ex infantium collis, ut fit, dependentia: quæ, quòd eſſent ad ſimilitudinem veri *utris* & veræ *ſecuris* efficta, ideo ita nominantur. *Caſaub.*

3 Quæ ſequuntur ab hoc loco ad finem capitis prorſùs alius ſunt generis, quàm quæ hactenus præceſsêre: nam in iis omnibus eluceſcit inepta quædam virtutum imitatio, cum non minùs inepta opum oſtentatione. Sunt enim, ad quos iſta pertinent, valdè affines iis, quos veteres Romani *elegantes* vocabant, & iis, quos Græci περὶ μίλωνα λαμπρύνας & μικροφιλοπόμπους dixerunt, de quibus caput eſt infrà perelegans: non ergo ad hoc caput, quod de blanditia eſt, & hominibus blandis, commodè referri poſſunt. Quare exiſtimo tam ejus capitis, quod eſt de *blandiriâ*, finem hodie deſiderari, quàm ſequentis initium, cujus capitis hæc pars eſt. *Caſaub.*

4 Ubi verſari ſolent cives honeſtiores & ditiores. Vult enim iſte cenſeri inter meliores.

δὲ γυμνασίων ἐν τούτοις ἀγωνίζεσθαι, οὗ [1] ἂν ἔφηβοι γυμνάζωνται· τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι, ὅταν ᾖ θέα, πλησίον τῶν [2] στρατηγῶν· καὶ ἀγοράζειν αὐτῷ μὲν μηδὲν, ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ὀψωνία· καὶ Λακωνικὰς κύνας, εἰς Κύζικον· καὶ μέλι Υμήττιον, εἰς Ρόδον· καὶ ταῦτα ποιῶν, τοῖς ἐν τῇ πόλει δημηγεῖσθαι. ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινὸς, καὶ [3] τίτυρον κτήσασθαι, καὶ [4] Σικελικὰς πελειάδας,

gymnaſia vero illa frequentat, in quibus ſe ephebi exercent: in theatro autem, cum erant ſpectacula, juxta ipſos prætores ſedet. Idem in foro ſibi quidem nihil, ſed amicis qui Byzantii ſunt, mittenda munera emtitat; necnon Laconicas canes, quas Cyzicum; & mel Hymettium, quod Rhodum mittat: atque hæc ſe facere ſuis civibus narrat. Præterea ſolet idem ſimiam domi alere, ſatyrum emere, & colum-

---

1 Sciendum, moris fuiſſe Athenis hominibus iis, quos inanis gloriolæ pruritus titillaret, in locis ut plurimum verſari, ubi ſe adoleſcentes exercebant; quò nimirùm poſſent ab illis conſpici, atque hunc ipſi ſui honoris fructum perciperent, dum in ſe juniorum ora converterent. *Caſaub.*

2 Hoc quis neget eſſe hominis vehementer ambitioſi? non enim levis eſt honos, quo iſte ſe dignatur, aſſidere in Theatro prætoribus vel exercituum ductoribus; quibus pro ſummo beneficio Reſpublica ſolebat poſt exantlatos labores bellicos jus θεωρείας concedere. *Caſaub.*

3 Pertinet hoc quoque ad Liberalitatis laudem. Ea nimirùm, quæ in ſuo genere præſtantiſſima habebantur & Athenienſibus in deliciis erant, ad oſtentandam magnificentiam emptitare ſolet. Porrò *Τίτυροι* eſſe genus quoddam ſimiarum, parvam caudam habentium, ait *Theocriti* ſcholiaſtes.

4 Solebant veteres Athenienſes columbas Siculas domi alere. De quibus vid. *Athenæum* lib. 9.

καὶ [1] δορκαδείους ἀστραγάλους, καὶ [2] Θυριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους, καὶ [3] βακτηρίας τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους, καὶ αὐλίδιον παλαιστρικὸν [4] κόνιν ἔχον, καὶ σφαιριστήριον· καὶ τοῦτο περιϊὼν [5] χρᾷν ἀεὶ τοῖς

bas Siculas, necnon dorcadios talos, & Thyriacas ampullas ex illis, quæ forma sunt rotunda: item baculos sive scipiones ex obliquis Lacedæmone advectos, necnon aulæum cui sint Persæ intexti. Habet etiam idem parvulum atrium pulvere palæstrico respersum, & sphæristerium: atque has ædium

---

1 In deliciis olim fuerunt tali dorcadii. Habent enim damæ & dorcades, ut cætera τῶν διχήλων ζώων, in posterioribus pedibus talos.

2 *Thyrium* Acarnaniæ oppidum fuit, cujus frequens apud *Polybium* mentio. Et fieri potest, ut argilla ibi reperiretur, ex qua opera figlina facta in pretio haberentur.

3 Mirificè hæc conveniunt ei, quem hîc describit *Theophrastus*: ei, inquam, qui omnibus in rebus eximium quid supra vulgus habere vult videri; cujusmodi hominum observandum est morem illis temporibus fuisse, ut baculum gererent. Magis verò adhuc hominis vanitatem arguit, quod adjicit *Theophrastus*, ἐκ Λακεδαίμονος. Nam baculis Laconicis, itemque calceis indidem advectis, Athenis homines id genus ferè utebantur. *Casaub.*

4 Periphrasis est κονιστηρίου. De conisterio autem & pulvere sive pulvisculo palæstrico, res nota: non enim quivis pulvis ad palæstram, neque ad ceroma, aut haphen aptus erat. De hoc pulvere & ejus utilitate lege apud *Lucianum*, περὶ γυμνασίων. Ubi docet potissimum pulveris fuisse usum, ne oleo manus laberentur, sed ut facilius exercitatores se comprehendere possent, neve sudore diffluerent, aut venti corpora aperta ingrederentur. *Casaub.*

5 An ignorat quisquam solitos olim divites suas domos poëtis, atque aliis ad *Recitationes* commodare? hoc igitur est

φιλοσόφοις, τοῖς [1] σοφιστεύσις, τοῖς [2] ὁπλομάχοις, τοῖς ἁρμονικοῖς ἐπιδείκνυσθαι· καὶ [3] αὐτὸς ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον ἔπεισιν, ὅπῃ τῷ εἰπεῖν τινα τῶν θεωμένων, ὡς ὁ τὸν ἕτερον, ὅτι τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα.

suarum partes solet ille obvio cuique vel è philosophorum grege, vel sophistarum, vel eorum qui se armis, aut musico cantu exercent, commodare, ut ibi artis suæ periculum faciant: quod quidem dum illi faciunt, ipse tandem advenit ad recitationes, dum spectatores alii dicunt aliis, "*Ecce, Hic est ille, "cujus hæc est palæstra.*"

χεῖν. *Tacitus* in *Dialogo de Oratoribus*, cap. 9. ita de poetarum recitationibus loquitur: *ut sint qui dignentur audire, & ne id quidem gratis: nam & domum mutuatur, & auditorium extruit.* Et *Juvenalis*, Sat. 8. V. 38.

——— *at si dulcedine famæ*
Succensus recites, Maculonus commodat ædes.

1 Sophista proprie *Vir sapiens*. Vox itaque primariò idem ac Philosophus significat. Nomen autem hoc, diù antequam vixit *Theophrastus*, contemptui haberi cœpit; nempe, cum eorum Eruditionem Philosophi quidam venalem sisterent, & Philosophiam & Eloquentiam pro mercede docuerunt. Abhinc hucusque iis affixum est, qui *Professionem* in *Artem* converterunt, quique auditorum mentes externâ argumentorum pompâ vacuoque verborum sonitu capere studuerunt.

2 Ὁπλομάχοι sunt, qui sub campi doctore veris armis certare discunt, aut ipsi, qui docent. Puto enim utrumque hâc voce significari. *Casaub.*

3 Hoc in loco *Needhami* Emendationi assentior. Et sic plana & aperta sunt omnia, & Ostentatoris nostri elegantis characteri apprimè congruentia——Hic sensus est. *Ipse ostentator serò ad Recitationes pervenit ad gloriolam scil. & laudem capeandam, dum spectatores alii aliis dicunt, "Ecce! Hic est, cujus est hæc Palæstra."* Alium quidem Loci sensum exhibent *Casaubonus* & *Fellus*, sed, ut mihi videtur, minus commodum & congruum.

ΚΕΦ. ϛ'.

ΠΕΡΙ ΑΠΟΝΟΙΑΣ.

Ἡ ΔΕ [1] ἀπόνοια, ἔστιν ὑπομονὴ ἀισχρῶν ἔργων καὶ λόγων. ὁ δὲ ἀπονενοημένος, τοιοῦτός τις, οἷος [2] ὀμόσαι ταχὺ, κακῶς [3] ἀκοῦσαι, καὶ λοιδορη-

CAP. VI.

DE VÆCORDIA.

VÆcordia eſt, "*per quam aliquis & facere quidvis* "*& loqui contra honeſtatem ſuſtinet.*" Homo autem is eſt, qui jusjurandum facile ſuſcipiat: qui

---

1 Latè patet ἀπόνοια. Eſt enim omnium vitiorum veluti *colluvies* quædam atque *ſentina*, ſemperque habet audaciam ſeu impudentiam, tanquam comitem individuam, ſecum conjunctam; & verti poteſt, *deſperata malitia*—*perdita audacia*—vel *inſana improbitas*. Ἀπονενοημένος itaque is dicitur, qui ad ultimas nequitiæ metas pervenit; qui excuſſo pudoris fræno ad quodvis audendum & patrandum promptus & proclivis eſt.

2 Inter characteres perditi & profligati hominis agmen ducit *citò & temerè jurare*, & meritò. Qui enim facilè *jurat*, proclivis eſt in *perjurium*. Jure igitur ſapiens ille *Pythagoras* proximam poſt cultum Deorum juramenti religionem in *Aureis ſuis Carminibus* nobis commendat.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκειται
Τίμα· καὶ σέβου ὅρκον. ———

Eſt enim jusjurandum quaſi vinculum quoddam & retinaculum humanæ ſocietatis; quod ſi diſſolvatur, ſtatim divina omnia humanaque jura peſſum eunt, & proculcantur.

3 *Male audire*; h. e. *malam de ſe famam audire*. Si quis integritatis ſuæ conſcientiâ fretus maledicorum venenatos morſus æquis auribus accipiat, & ex animi magnitudine contemnat; præclarum ſanè hoc: ſin verò quis tam perditi & profligati animi ſit, ut famæ ſuæ pudorem omnem, & honeſtatis bonæque exiſtimationis curam depoſuerit, ita ut hominum de ſe rumores ſuſque deque habeat, is demùm *extremas nequitiæ lineas* attigit, is homo eſt *deplorati ingenii*, & *deſperatæ malitiæ*; qualem hic ſuis coloribus depingit *Theophraſtus*. *Duport.*

θῆναι δυνάμενος. τῷ ἤθει [1] ἀγοραῖός τις, καὶ [2] ἀνασεσυρμένος, καὶ παντοποιός. ἀμέλει δυνατὸς καὶ [3] ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα, καὶ [4] προσωπεῖον οὐκ ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ· καὶ ἐν [5] θαύμασι δὲ τοὺς χαλκοῦς

male audire, ac convitiis proſcindi, ſuſque deque habeat. Moribus eſt hominis circumforanei, & ſpurci, ac quidvis audentis. Atque adeo non pudebit eum ſaltare cordacem etiam ſobrium, & in comico choro non perſonatum : &, quum præſtigiæ

---

1 Ἀγοραῖος ad verbum eſt *forenſis*, *foraneus*, *quiſquis in foro verſatur*, vel *in foro rem habet* : vel peculiariter & propriè ἀγοραῖοι dicebantur οἱ κάπηλοι, *cociones*, *arilatores*, *propolæ*, *puſilli negotiatores*, qui ab agricolis, artificibus, & mercatoribus res emebant, ut eas populo cariùs divenderent; Angl. *Huckſters*. Quoniam verò κάπηλοι præ aliis ſordidi & illiberales habebantur, idcircò ἀγοραῖος in malo ſenſu ponitur in re morali, pro homine *vili* & *ſordido*, ut & Latinis vox *circumforaneus*. *Duport*.

2 Ἀνασύρεσθαι eſt, *veſtem indecorè & inhoneſtè attollere*, quaſi ἀνασύρεσθαι τὴν ἐσθῆτα. Ἀνασεσυρμένος ergo dicitur, qui veſte indecorè ſublatâ in obſcænum modum ſe comparat & componit.

3 Tres erant celeberrimæ ſaltationis ſpecies, *Satyrica*, *Tragica* & *Comica* : de quibus conſulendi ſunt Grammatici; mihi enim non vacat indulgere choreis.——Illud autem certè conſtat, *temulentum*, *indecorum*, & *laſcivum* ſaltationis genus fuiſſe τὸν κόρδακα.——Noſtri autem Ἀπονενοημένου vecordia in hoc conſiſtit, quod etiam *ſobrius ſaltat* : id ſcil. ſiccus & ſobrius facere non erubeſcit, quod nemo niſi ebrius facere ſuſtineret. Quòd ſi tam laſcivè, petulanter & indecorè ſe gerit, cum ſit νήφων, quid demùm faceret, cum μεθύων? Ejus autem eſt *ſicca* quædam *ebrietas*, & μέθη metaphorica. Homines enim non tantùm *vite* & *vino*, ſed & *vitiis* aliquando inebriantur. Et ſic τὸ μεθύειν ſæpiſſimè ſumitur metaphoricè apud Auctores. *Duport*.

4 Etſi omninò turpe eſt ſcenicum hiſtrionem agere, qui tamen in ſcenam perſonatus prodit, quodam modò ſub perſonâ latet & pudori ſuo nonnihil conſulit ; non item qui ſine perſonâ. *Caſaub*.

5 Inter ludicrarum artium artifices & voluptatum miniſtros, quibus uſi olim veteres, fuêre, qui à *Græcis* dicti ſunt θαυματοποιοὶ, à *Latinis præſtigiatores*. Fuerunt autem variæ & planè

ἐκλέγειν, καθ' ἕκαστον παιρεῶν· καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ [1] σύμβολον φέρουσι, καὶ πρῶτα θεωρεῖν ἀξιοῦσι. δεινὸς δὲ καὶ [2] πανδοχεῦσαι, καὶ πορνοβοσκῆσαι, καὶ τελωνῆσαι· καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι,

spectantur, ad quemque spectantium adire, & stipem æream exigere: ac si quis tesseram afferens, gratis spectare postulet, cum eo rixabitur. Cauponam quoque exercere, leno, ac vectigalium coactor esse solet: ac qui a nullo turpi artificio se ab-

---

mirificæ eorum artes, quibus imperitorum feriebantur oculi, omnia, quorum causas non novere, mirantium. Ejus generis fuerunt *Mimi*, *Cybistetæ*, *Petauristæ*, *Petaminarii*, *Funambuli*, *Neurospastæ* &c. Qui igitur has artes exercerent, Græci eos θαυματοποιοὺς vocabant, artemque eorum θαυματοποιΐαν, & spectacula hujusmodi præstigiarum & offuciarum θαύματα. Quod ait *Theophrastus* κολλῶς ἐκλέγειν pertinet ad *Nummulos æreos* seu pretium, quod exigebant οἱ θαυματοποιοὶ à spectatoribus pro lucare. (Vox autem *Lucar* sumpta est à spectaculis, quæ in Deorum honorem edi solebant in *lucis* & nemoribus.) Hoc pretium seu mercedem colligebant, postquam se quisque in locum suum receperat, ordines sedentium obambulantes. Aliter hodie ludiones nostri; solent quippe ad fores aliquem collocare, qui ab ingredientibus stipem exigat, nec aliâ lege spectatum admittat, nisi priùs solutâ mercede. *Casaub.* & *Duport.*

1 *Tesseram* intelligit, Anglicè *a Ticket*, quam aliquis à præstigiatoribus priùs acceperat, eâ lege, ut qui hoc symbolum, quod *arrhabonis* vim habebat, referret, gratis spectaret.

2 Πανδοχὸς, πορνοβοσκὸς & τελώνης, veluti triumviri quidam nequitiæ, passim malè audire soliti apud scriptores antiquos. Πανδοχεῦσαι est propriè, *quosvis hospitio excipere.* Πανδοχεῖον autem seu *Taberna meritoria* olim apud Græcos, sicut hodie in quibusdam Italiæ locis, non multò erat honestior locus, quàm οἰκήματα i. e. *lenonis* aut *meretricis* domus. Eo factum, ut viri, quibus honestas curæ, æquè in *caponis*, ac in *lenonis* ædibus conspici erubescerent. Πορνοβοσκῆσαι propriè *Meretrices alere.* Differebant autem Græcorum lenones à nostris. Nostri, ut opinor, sunt tantùm *parasii* illicitæ Veneris, & meretricibus mercede conducendis operam locant. At inter Græcos fuere, qui Puellas ære suo emerent, easque alerent, & merere eas sibi cogerent prosti-

ἀλλὰ [1] κηρύττειν, μαγειρεύειν, κυβεύειν, τὴν μητέρα μὴ [2] τρέφειν, [3] ἀπάγεσθαι κλοπῆς, τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον [4] οἰκεῖν ἢ τὴν αὑτοῦ οἰκίαν. [5] καὶ τοῦτο

ſtineat; præco erit; coquus erit; aleator erit; matri ſuæ alimenta denegabit; furti etiam convictus obtorto collo rapietur, atque in carcere diutius quam in ſuis ædibus habitabit. Eſt etiam iſte

---

tutas.——Τελωνῆσαι propriè *tributum aut vectigal colligere.* Τελῶναι etiam in *Nov. Fæd.* eodem ſenſu æſtimantur cum *Ethnicis, meretricibus* ac *peccatoribus.*

1 Alter hic ternio eſt τῶν αἰσχρῶν ἐργασιῶν, à quarum exercitio non abhorret ὁ ἀπονενοημένος. De *Aleâ* notum eſt, quantâ apud omnes ferè gentes invidiâ flagrarint *Aleatores.* At de duabus illis reliquis profeſſionibus major difficultas. Quid enim, an *præconem* aut *coquum agere* pro turpi & inhoneſto habendum? Cavete vos præcones & coqui! De vobis etiam jacta eſt alea, eademque ſors vos manet, quæ & aleatores. Veſtra utcunque profeſſio minùs honeſta atque liberalis habita eſt apud antiquos; Teſte *Cicerone* Offic. lib. 1. *minimè artes hæ probandæ, quæ miniſtræ ſunt voluptatum, cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores* &c.

2 *Scil.* in Senectute, ſi quo modo ad inopiam tandem fuerit redacta. Lege *Solonis* infamiâ notabantur, qui Parentes non alebant, aut tectum non præbebant. Vid *Duport.* in loc.

3 Ἀπάγεσθαι πρός τινα commune & uſitatum eſt. Sed ἀπάγεσθαι κλοπῆς, aut ejuſmodi expreſſo genere cauſæ *propter* quam, vel criminis ſed non expreſſo loco aut perſonâ *ad* quam quis abducitur, Attica ſyntaxis & elegantioris Græciæ eſt. Ἀπάγειν Atticis eſt *hominem alicujus criminis reum, captum & prehenſum, ad Judicem abducere*; uti hoc in loco. Ἀπάγεσθαι verò aliquando ſimpliciter eſt *ad mortem duci*, ut *Act.* 12. 19. Ita etiam Latini interdum τὸ *duci* accipiunt. "*Nos jube duci, ut quod ex tua morte petieramus, ex noſtrâ conſequamur. Curtius.*

4 Dictum venuſtatis Atticæ: Qui diutiùs in carcere, quàm in ſuis ædibus habitat, talis eſt, qualem vulgò dicimus, *a Goal-Bird.*

5 Intelligit *Theophraſtus* eſſe hunc hominem circumforaneum, & ex rabulis illis forenſibus, qui in turbam hominum libenter ſe immiſcet, & ſicubi videat τοὺς πολλοὺς in unum collectos, iis ſe aggregat; h. e. περιΐσταται τοὺς ὄχλους. Cum è contra viri honeſti, elegantes & politi, quibus civilitas & modeſtia cordi

δ' ἂν εἶναι δόξειε τῶν περιϊστάντων τοὺς ὄχλους, καὶ προσκαλούντων μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρερρωγυίᾳ, καὶ [1] λοιδορουμένων, καὶ ἀναλεγομένων πρὸς αὐτούς· καὶ μεταξὺ οἱ μὲν προσίασιν, οἱ δὲ ἀπίασι, πρὶν ἀκοῦσαι αὐτοῦ· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀρχὴν, τοῖς δὲ συλλαβὴν, τοῖς δὲ μέρος οὗ πράγματος λέγει· οὐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, ἢ ὅτ' ἂν ᾖ [2] πανήγυρις. ἱκανὸς δὲ καὶ δίκας τὰς μὲν [3] φεύγειν, τὰς δὲ διώκειν· τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι, ταῖς δὲ

ex iis, qui turbas hominum circumstant, & obvios ad se vocant, quibuscum voce magna & præfracta loquuntur, iisque maledicta ingerunt: atque illi interea partim accedunt, partim discedunt, priusquam quid sibi ille velit audierint; dum ille aliis principium, aliis vix syllabam, aliis partem aliquam de re tota refert, non aliter quam in celebri hominum conventu profligatum ac perditum ingenium suum spectari postulans. Litibus etiam, partim quæ ipsi intenduntur, partim quas ipse aliis intendit, solet esse implicitus: atque in aliis absentiam

---

sunt, soleant περιΐστασθαι τοὺς ὄχλους sensu planè contrario; h. e. *Turbas & concursus hominum vitare.* Nam & id etiam significat περιΐστασθαι, scil. *vitare, declinare*; atque ita non semel in *Nov. Fæd. Duport.*

1 Eo nempe more, quo *Remiges* nostri convitia obviis quibuscunque indiscriminatim ingerere solent.

2 Οὐκ ἄλλως——ἢ ὅταν ᾖ πανήγυρις videtur *proverbii* speciem præ se ferre, pro eo, *quod est in aperto, propalam & coram multis.* Atque hoc proprium est Ἀπονενοημένου qui nullam famæ suæ curam habet, quique pudorem omnem cum pudicitiâ perdidit. *Duport.*

3 Hæc sunt verba *forensia vel juridica*; φεύγειν est *accusari*, διώκειν *accusare*; φεύγειν hoc sensu cum ac. & gen. ut φεύγω δίκην φόνου, *accusor cædis, vel actio cædis mihi intenditur*; aliquando cum

παρεῖναι· ἔχων [1] ἐχῖνον ἐν τῷ περικολπίῳ, καὶ [2] ὁρμαθὸς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσίν. ὑκ ἀποδοκιμάζων δὲ ὐδ' ἅμα πολλῶν ἀγοραίων πρατηγεῖν· καὶ εὐθὺς τούτοις δανείζειν, καὶ ἓ [3] δραχμῆς

ſuam jurejurando interpoſito excuſare, ad alias judicio ſe ſiſtere; in ſinu quidem ſcrinium, præ manibus vero forenſium libellorum faſciculum habens. Quin etiam, quæ ejus eſt inſignita impudentia, ducem ſe rabulis forenſibus præbet: ac mox illis pecunia fœnori data, pro uſura drachmæ cujuſque

---

genitivo tantùm, ut hic, φεύγω δίκαι, *reus in foro accuſor*, vel *actio mihi intenditur*. Ἐξόμνυσθαι δίκην eſt *abjurare & detrectare jus*; h. e. abſentiam ſuam in foro, interpoſito juramento, excuſare.

1 Ἐχῖνος proprie eſt *erinaceus*, animal nempe illud undique aculeatis ſpinis obductum, quod in orbem ſe colligit, & ita ſe contra injuriam defendit. Et fortè ab orbiculari figurâ hujus animalis ita ſe conglobantis, ἐχῖνος etiam dicitur vaſculum quoddam rotundum, in quo reponebantur litium & cauſarum inſtrumenta, teſtium dicta &c. Niſi me Grammaticorum auctoritas, qui omnes ferè uno ore *echinum* hunc aut *æneum* aut *figlinum* eſſe volunt, putarem fuiſſe *pelliceum* aut *coriaceum*; tales certè plerumque leguleiis noſtris, vulgò καταχρηςικῶς, *Buckram Bags. Duport.*

2 *Faſciculos libellorum forenſium*; γραμματίδια enim ſunt *inſtrumenta, ſyngraphæ, ſchedulæ, tabellæ*, ſeu *ſcripta legalia.*

3 Grave admodùm & oneroſum fœnus! ſiquidem pro unius drachmæ uſurâ per unum diem tres ſemiobolos extorquet, i. e. quartam partem drachmæ; ſex enim oboli drachmam faciebant. Fuit ſanè maxima Athenis fœnerandi licentia. Etſi enim uſitatus in ea civitate modus erat uſuræ, ut pro minâ quot menſibus, drachma penderetur, quæ eſt centeſima Romanorum uſura, tamen & binas centeſimas & ternas, ac quaternas ſolitas exigi non dubium eſt. Nec mirum; cum nullis legibus coerceretur eorum uſura, imò veteri *Solonis* lege approbaretur. Obſervandum porrò hîc eſt, quòd ſimplici πράττεσθαι pro compoſito εἰσπράττεσθαι, *exigere*, utitur *Theophraſtus*, & ita non rarò utitur *Demoſth.* cæterique ſcriptores

τόκον τρία ἡμιωβόλια τ ἡμέρας περάτεσθαι· καὶ ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, τὰ ἰχθυοπωλεῖα, τὰ ταριχοπωλεῖα· καὶ τὰς τόκους ἀπὸ τῶν ἐμπολήματος εἰς τὸ [1] γνάθον ἐκλέγειν. [2] ἐργώδεις δὲ εἰσιν οἱ τὸ στόμα εὔλυτον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν, καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὡς συνηχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἐργαστήρια.

ternos ſemiobolos in diem exigit: ſæpe etiam popinas & macella, ubi piſces ac ſalſamenta væneunt, pererrat: necnon quos è nundinatione ſua nummos conficit, ſolet eos in buccam condere. Sunt ſane iſtiuſmodi homines admodum difficiles, quorum quidem os ad convitiandum facile ſolvitur, atque id voce ita contenta, ut eorum clamoribus & forum & omnes tabernæ perſonent.

Attici. Sic etiam in Sacris literis: *Luc.* cap. 3. v. 13. περίσσιτε, *exigite*, & cap. 19. v. 23. σὺν τόκῳ ἂν ἐπραξα αὐτό, *cum uſura exegiſſem illam*, uti rectè *Vulg.*

1 Sciendum, morem olim fuiſſe Athenis hominum vilium atque abjectorum, qui in foro res venales habebant, ut quas pecunias ex venditione mercium ſuarum colligerent, eas in os & buccam conderent: maximè, credo, cum eſſet turba emturientium; tum enim, ne tempus ſibi in aperiendâ & claudendâ crumenâ periret, ut quidque accipiebant nummorum, id ſtatim in os conjiciebant. Hodie mulieres noſtrates moris ejuſce veſtigium retinent: multæ enim conſueverunt, & maximè *ornatrices*, in ore aciculas habere; nam inde facilius ad uſum promuntur, quàm è pulvillis, quos ad eas cuſtodiendas ſolent ſibi fabricare. De voce τόκος obſervandum, quod propriè ſignificat *γένεσιν generationem* ſive *partum*: quoniam enim nummus nummum parit, ut pater liberos, inde uſura, τόκος, quaſi *partus pecuniæ*.

2 Hoc eſt, δυσχερεῖς, ἢ φορτικοί, malo ſic, quàm ut quidam, *His ſemper eſt quod agant*. Caſaub.

ΚΕΦ. ζ.

ΠΕΡΙ ΛΑΛΙΑΣ.

Ἡ δὲ [1] λαλιὰ, εἴ τις αὐτὴν ὁρίζεσθαι βούλοιτο, εἶναι ἂν δόξειεν ἀκρασία τοῦ λόγου. ὁ δὲ λάλος, τοιοῦτός τις, οἷος τῷ ἐντυγχάνοντι εἰπεῖν, ἂν ὁτιοῦν πρὸς αὐτὸν φθέγξηται, [2] ὅτι οὐδὲν λέγει· καὶ ὅτι αὐτὸς πάντα οἶδε· κἂν ἀκούσῃ αὐτοῦ, μαθήσεται. καὶ μεταξὺ δὲ ἀποκεινομένου ἐπιβάλλειν, εἰπὰς, [3] Σὺ μὴ ἐπιλάθῃ ἃ μέλλεις λέγειν·

CAP. VII.

DE LOQUACITATE.

Loquacitas autem, si quis eam definire velit, "*sermonis intemperantia esse videatur.*" Loquax vero is est, qui soleat ei, quicum verba facit, dicere, quicquid ille narrare inceperit, "*Nihil dicis:* "*se rem omnem probe tenere: illum, si operam sibi dare* "*velit, intellecturum.*" Deinde respondentem interpellans, "*Tu,* ait, *ne obliviscaris eorum quæ dictu-*

---

1 In *Platonis* Ὅροις eodem ferè modo definitur: Λαλιὰ, ἀκρασία λόγου ἄλογος; *Loquacitas est inconsiderata sermonis Intemperantia.* Hîc in malam partem accipitur λαλιὰ: interdum autem pro familiari colloquio inter amicos, aut alios, sumitur, ut infrà, τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμον.

2 Hoc solebant de iis usurpare, qui falsa, aut quæ nihil ad rem essent, loquerentur. Ait porrò *Theophrastus* ἂν ὁ, τῶν, ut indicet loquaces istos non posse, quamvis exigui temporis, moram ferre. Ad hos pertinet *Ciceronis* locus, 1 Offic. cap. 37. *Nec verò tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios: sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, vicissitudine utendum putet. Casaub.*

3 Hoc prorsùs id est, quod vulgò excusationis gratiâ dicere solemus, quando verba facientem interloquimur, *Give me leave,*

καὶ, Εὖγε ὅτι μὲ ὑπέμνησας· καὶ, τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν που! καὶ, Ὃ παρέλιπον· καὶ, Ταχύ γε συνῆκας τὸ πρᾶγμα· καὶ, Πάλαι σὲ παρετήρουν εἰ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐμοὶ κατενεχθήσῃ· καὶ ἑτέρας ἀφορμὰς τοιαύτας πορίσασθαι, ὥστε μηδὲ ἀναπνεῦσαι τὸν ἐντυγχάνοντα. καὶ ὅτ' ἄν γε τοὺς καθ' ἕνα ἀποκναίσῃ, δεινὸς καὶ ἐπὶ τοὺς ἀθρόους καὶ συνεστηκότας πορευθῆναι, καὶ φυγεῖν ποιῆσαι μεταξὺ χρηματίζοντας. καὶ εἰς [1] τὰ διδασκαλεῖα δὲ καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν, κωλύειν

"*rus eras:* &, *Factum bene quod in memoriam revo-*
"*casti:* &, *Quàm juvat interdum sermones mutuos*
"*serere!* &, *Quod præterii:* &, *Celeriter tu quidem*
"*rem percepisti:* &, *Pridem expectabam an eodem*
"*mecum recideres:*" aliasque hujusmodi occasiones loquendi captans, ne respirare quidem eos sinit, quibuscum loquitur. Ac postquam singuli sunt ab eo ita enecti, tum ad eos accedere non veretur, qui plures una coierunt, eosque de rebus seriis agentes, in fugam vertere. Sed & ludos ac palæstras

---

Sir, without interrupting you &c. Elegantissimè sanè *Theophrastus* omnes loquendi ansas recenset, quas homines loquaces captare solent, ut cum aliquo saltem prætextu loquentem possint interpellare, &, ut veteres loquebantur, obacerare. In *Ecclesiastici* cap. 11. com. 8. cum alia præclare, tum hoc junioribus nunquam obliviscendum; Πρὶν ἢ ἀκοῦσαι μὴ ἀποκρίνου, καὶ ἐν μέσῳ λόγων μὴ παρέμβαλλε ῥῆμα. *Casaub.*

1 Putet aliquis fuisse leve intrare in ludum literarium: id tamen Athenis crimen capitale fuit. Lege enim Solonis pœna capitis fuit constituta, si qui ludum literarium aut palæstram, dum ibi erant discipuli, ingrederentur: quod cur à castissimo viro fuerit ita constitutum, non est difficile divinare. Hanc igitur in legem committit iste, & dum garrire cupit, fraudem capitalem admittit. Sed videtur ei legi postea derogatum, vel lege contrariâ, vel usu ipso & contrariâ consuetudine; quod ex multis *Platonis* dialogorum locis licet intelligere. *Casaub.*

τοὺς παῖδας προσμανθάνειν τοσαῦτα, ἢ προσλαλεῖν τοῖς [1] παιδοτρίβαις καὶ διδασκάλοις. καὶ τοὺς [2] ἀπιέναι φάσκοντας δεινὸς περιπέμψαι, καὶ ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν. καὶ πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας ἀπαγγέλλειν· προσδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' [3] Ἀριστοφῶντος ποτὲ γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην,

ingreſſus, ut ne tantum pueri addiſcant ſolet efficere, verba interea cum corporum exercitatoribus ſeu pædotribis, & ludimagiſtris funditans. Si quis diſcedere ſe velle dicat, comitari ille, & domum uſque deducere ac proſequi. Si forte, quid ſit in concione actum, reſcierit, id aliis poſtea narrabit: tum de eo prælio, quod prætore Ariſtophonte, nobili illo oratore, commiſſum eſt, longam narra-

---

1 Τὸ παιδοτρίβαις vertimus corporum exercitatoribus: nam qui *laniſtis* vertunt, neque *Græcam* neque *Latinam* vocem intelligunt. Poſſis & *Gymnaſiarchis* vertere; qua voce uſus eſt *Cicero* in Medio lib. 4. *contra Verrem.*

2 Officioſa hæc ſedulitas ἀδολίχη optimè convenit. Sic *Horatius*:

Nil reſpondebam; miſerè cupis, inquit, abire,
Jamdudum video; ſed nil agis: uſque tenebo,
Perſequar.——————Lib. 1. Sat. 9. V. 9.

3 *Doctiſſimus Caſaubonus* hunc locum intelligit de pugna ad *Arbelam*, qua Alexander Darium vicit; quam fatetur accidiſſe uno anno prius, nempe ſub Ariſtophane Archonte, ſed cujus Fama in Græciam pervenit tantùm Ariſtophonte Archonte. Sed ignoſcant mihi venerandi omnibus literatis tanti Viri Manes, ſi ab eo hoc loco diſſentio. Intelligo enim magnam illam & in tota Græcia celebertimam pugnam, qua Agis, Archidami filius, rex Lacedæmoniorum, cecidit heroicè pugnans ad Megalopolin, ubi à Macedonibus victi Græci jugum Macedonicum ſubire coacti ſunt: & in eâ pugnâ cum Agide unà cecidit ſpes libertatis Græciæ. Ea pugna evenit Ariſtophonte Archonte, teſte *Diodoro* lib. 17. & *Plutarcho* in *Agide* & in *Demoſthene*, & de ea proculdubiò multi fiebant in Græcia ſermones. Fuit enim negotiorum Græciæ veluti *Criſis*, & ulti-

καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ὅτι [1] Λυσάνδρου· καὶ οὓς ποτε λόγους [2] αὐτὸς εἶπας ἐν τῷ δήμῳ. καὶ κατὰ τῶν πλησίον γε, ἅμα διηγούμενος, κατηγορίαν παρεμβαλεῖν· ὥστε τοὺς ἀκούοντας, ἢ τοι ὀπισθαθεῖσθαι, ἢ νυστάξαι, ἢ [3] μεταξὺ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. καὶ συνδικάζων δὲ, κωλῦσαι κεῖναι· καὶ συνθεωρῶν, θεάσασθαι· καὶ συνδειπνῶν, φαγεῖν. λέγων ὅτι χαλεπὸν τῷ λάλῳ ἐστὶ σιωπᾶν· καὶ ὡς ἐν [4] ὑγρῷ ὄντι ἡ γλῶττα· καὶ ὅτι οὐκ ἂν σιωπήσειεν,

tionem contexet; item, de ea pugna quæ à Lacedæmoniis duce Lysandro est pugnata: & si quid ipse unquam pro concione cum aliqua sua laude dixerit. Atque hæc narrans, simul in vulgus invehetur: idque tanto cum audientium tædio, ut eorum alius quæ ab ipso dicuntur, oblivioni statim mandet, alius dormitet, alius loquentem adhuc deferat, discedatque. Denique, sive ad judicandum cum alio sedeat, judicare; sive ad spectandum, spectare; sive ad cibum sumendum, cibum sumere, consessorem impediet. Quippe, inquit, loquaci difficile est tacere: linguam enim tanquam in udo

---

mus Græciæ ad libertatem aspirantis, & se erigere cupientis, conatus. Quàm celebris ea pugna fuit, si scire cupis, vide *Curtium*, initio lib. 6. & *Justinum*, lib. 12. *Palmerius.*

1 Eo Duce, Lacedæmonii pugnâ navali Athenienses vicerunt. Ipse verò tandem à Conone Athenienſium duce terrestri prælio victus cecidit. De eo videas *Plutarchum* & *C. Nepotem* in *Vita* ejus, & *Justinum*, lib. 5. cap. 5.

2 Observandum est, αὐτὸς ad *ipsum garrulum* referendum esse, non ad *Lysandrum*, ut quidem malè.

3 Μεταξὺ ponitur pro μεταξὺ λέγων, vel λέγοντα, aut etiam λεγομένων, ut in Luciani *Philopseude*, μεταξὺ λεγομένων ἀπιὼν ἐχόμην. *Casaub.*

4 *A. Gellius* de linguosis istis, lib. 1. cap. 15. *Quorum lingua*, ait, *tam prodiga infræniſque sit, ut fluat semper effluicque colluvione*

οὐδ' εἰ τῶν [1] χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος. καὶ σκωπτόμενος ὑπομένει· καὶ ὑπὸ τῶν αὑτοῦ παιδίων, [2] ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενον κελεύῃ, λέγοντα ταῦτα, λαλεῖν τι ἡμῖν, ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ.

habet: atque adeo præ quavis hirundine garrulus videri malit, quàm tacere. Adeo ſe irrideri fert patienter; idque vel à puerulis ſuis, cum eum jam dormire cupientem jubeant, hoc modo dicentes, "*Narra nobis aliquam Fabulam, ut ſomnus nobis obrepat.*"

---

verborum teterrimâ: *quod genus homines à Græcis ſignificantiſſimo vocabulo* λάλους *appellatos.* Ibidem ait, importunos iſtos locutores, *verbis humidis & lapſantibus diffluere*; quæ vim verborum *Theophraſti* aptiſſimè exprimunt. Porrò quòd Lingua dicatur in *humido* eſſe, faceta quædam videtur eſſe Ratio, cur ex eâ ſermones ſemper manent; nam ſemina in loco humido poſita non poſſunt non germinare. Legimus in Hieroglyphicis Ægyptiorum, *Hydriam* illis aliquando *linguam* denotaſſe. *Caſaub.*

1 Proverbium eſt, *hirundine loquacior.* Eſt enim hirundo garrularum & κωτιλῶν avicularum: imò verò λάλος μᾶλλον, inquit *Arrianus*, lib. 1. ἢ ἄλλη ὄρνις.

2 Arbitrario jure, uti ipſe confitetur, hunc locum ita conſtituit *Caſaubonus*: ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενον κελεύῃ λέγοντα ἅττα λαλεῖν τι ἡμῖν. Non autem neceſſe eſt ut vel Litera mutetur. Nam κελεύῃ λέγοντα ad παιδίων pertinet, & λαλεῖν eſt *infinitivus* pro *imperativo*. Sic hæc erit loci ſententia; *Loquaci adeo difficile eſt tacere, ut cum pueruli ſui ipſum, etiam dormire cupientem, inquietant, & petunt ab eo aliquam fabulam, id omne malit patienter ferre, & dulcem ſomnum excutere, quam linguæ frænum injicere.* Eſt autem ſummæ garrulitatis indicium occaſionem garriendi ſomno anteponere. Pro ἡμῖν poſtulant præcedentia αὐτοῖς. Sed mutavit *Theophraſtus* rationem orationis, ſicut ſæpè fit ab optimis ſcriptoribus: & eſt brevis quaſi σκωπτοποιΐας vel μιμήσεως ſpecies.———In ſequentibus unam conjecturam velim proponere; μὴ nempe, vice τῦ ὦ, interponerem. Fabulæ enim puerulos adeo delectare ſolent, ut ſomnum obrepentem potiùs excutiant & expellant, quam inducant & invitent. Præterea pueruli incitamentis ad ſomnum rarò indigent; ſæpiſſimè autem ad ſomnum depellendum oblectamenta quærunt.

ΚΕΦ. η'.

ΠΕΡΙ ΛΟΓΟΠΟΙΪΑΣ.

ΗΔΕ λογοποιΐα, ἔστι σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων, ὧν βούλεται ὁ λογοποιῶν. ὁ δὲ [1] λογοποιὸς, τοιοῦτός τις, οἷος ἀπαντήσας τῷ φίλῳ, εὐθὺς καταβαλὼν τὸ [2] ἦθος, καὶ μειδιάσας, ἐρωτῆσαι, πόθεν σὺ, καὶ τί λέγεις; καὶ, ἔχεις περὶ

CAP. VIII.

DE FAMIGERATIONE.

FAmigeratio eſt "*factorum dictorumque ad arbi-*"*trium ipſius fingentis conſictio.*" Famigerator autem is eſt qui obvius amico factus, ſtatim mutato vultu, ac renidens, interroget, *Unde tu, & quid ais? & habeſne ſuper hoc novi quicquam?* & per-

---

1 Λογοποιὸς planè is eſt, quem vulgò appellamus, *A News-Monger*: Hoc eſt, novorum rumorum non tantùm nunciator, ſed & fictor. Hoc genus hominum multum fuiſſe olim Athenis, certiſſimum eſt: ejus enim rei teſtem habemus omni exceptione majorem, *D. Lucam* in *Act. Apoſt.* cap. 17. v. 21. Eandem etiam levitatem ſuis civibus ſæpiſſimè exprobrat *Demoſthenes*, vid. *Olynthiac.* 1, & 2. Et Romanis idem vitium ſcriptores ipſorum objiciunt, quorum princeps *Juvenalis*, Sat. 6. V. 407. &c.

2 Accipe hîc τὸ ἦθος, ut ſæpe apud Græcos, & præcipuè apud *Ariſtotelem* in libro de *Phyſiognomonia*, pro eo quod Latinis eſt *Os* aut *Vultus*; quam vocem cenſuit *Tullius* Græcè dici non poſſe. Ita enim lib. 1. *de Legibus*, cap. 9. *Vultus, qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores: cujus vim Græci norunt, nomen omnino non habent.* Illi autem pro eo dicunt, ἦθος. Porrò καταβάλλειν τὸ ἦθος eſt *pro vultu gravi & compoſito vultum lætiorem & ſolutum ſumere*: Sic enim Vultus quaſi ex gravitatis culmine demittitur.

[1] τοῦδε εἰπεῖν καινόν; καὶ [2] ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν, μὴ λέγεταί τι καινότερον; καὶ μὴν ἀγαθά γέ ἐστι τὰ λεγόμενα· καὶ, οὐκ ἐάσας ἀποκρίνασθαι, εἰπεῖν, τί λέγεις; οὐδὲν ἀκήκοας; δοκῶ μοί σε εὐωχήσειν [3] καινῶν λόγων. καὶ ἐστὶν αὐτῷ ἢ [4] στρατιώτης, ἢ παῖς Ἀστείου τοῦ αὐλητοῦ, ἢ [5] Λύκων ὁ ἐργολάβος παραγεγονὼς ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης, οὗ φησὶν ἀκηκοέναι· αἱ

gens interrogare, *Nihilne*, inquit, *novi dicitur? atqui fausta sane sunt & læta quæ vulgo narrantur:* tum autem prius quam ille respondeat, *Quid ais*, inquit, *nihil audivisti? Ergo ego te, sicut video, rerum novarum epulis laute excipiam.* Ac statim est illi aut miles aliquis, aut Astei tibicinis puer, aut manceps Lyco qui ex ipso prælio sit reversus, à

---

1 Περὶ τοῦδε· Subaudiendum puto χρόνου, ut sæpe apud Græcos.

2 Varie exponi potest hic locus; estque similis illi *Marci* in *Evang.* de *Petro*, cap. 14. com. 72. Ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. De quo lege *Theophylactum.*

3 Usitatius, καινοῖς λόγοις, ut apud *Athenæum*, *Maximum Tyrium*, atque alios; verùm ita, magis Atticum. Sic *Plato* de Republica, lib. 1. Εὐωχοῦ τοῦ λόγου, ἔφη, θαῤῥῶν. Et lib. 9. Ἑστιᾷν καινῶν λόγων καὶ σκέψεων. Cui respondet affinis locutio φαγεῖν ῥήματα, apud *Aristophanem*. *Casaub.*

4 Hic est Mos mentientium, ut falsiloquiis suis vel jurejurando fidem adstruant, vel testium, quos nemo requirit, laudatione vel circumstantiarum adjectione. *Necesse est*, inquit *Quintil.* Declam. 18. *contentiosius loquaris quod probare non possis: & affirmationem sumit ex homine, quicquid non habet ex veritate.*

5 Puto ea ætate notum magis quàm nobilem Athenis fuisse *Lyconem* istum; qui vel manceps erat & redemptor certarum rerum publico præstandarum, vel simpliciter artifex operas locare solitus. Nam interdum ἐργολάβος est relatum τοῦ ἐργοδότης, & significat idem ac χειροτέχνης. *Casaub.*

μὲν ἂν [1] ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦται εἰσιν αὐτῷ, ὧν οὐδεὶς ἂν ἔχοι [2] ἐπιλαβέσθαι. διηγεῖται δὲ τούτους φάσκων λέγειν, [3] ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ [4] βασιλεὺς μάχῃ νενίκηκε, καὶ Κάσανδρον ἐζώγρηται. καὶν εἴπῃ

quo ſe dicat audiiſſe: auctores ſiquidem ille tales eorum quæ dictitat profert, quos nemo queat arguere. Refert autem accepiſſe ſe ab illis, Polyſperchontem cum rege hoſtes prælio fudiſſe, & ſuperaſſe: Caſſandrumque vivum in hoſtium poteſta-

---

1 *Λόγων ἀναφορὰ* eſt auctoris laudatio, à quo te audiviſſe dicas; id enim eſt *ἀναφέρειν*.

2 *Theophraſti* mens eſt, ſolere *λογοποιὸν* ejuſmodi auctores eorum, quæ dicat, laudare, quibuſcum agere nemo poſſit, qui velit ipſos mendacii convincere. Quomodo autem? Quia vel fingit penitùs ſuos auctores, vel ad quoſdam refert ita ignobiles & paucis notos, ut, etſi nomen ſcias, tamen difficile ſit eos reperire. Sane nihil æquè reformidant famigeratores iſti, quàm ne uſque à ſtirpe exquiratur auctoritas, unde quicquid auditum dicant: quare hoc ne fieri poſſit, diligenter cavere ſolent.

3 Hic obſervandum velim, quæcunque hoc libro continentur, ea non ficta eſſe ab auctore exempla, ſed è vita quotidiana deſumpta; & ex iis, quæ verè facta dictavè eſſent, hunc librum eſſe concinnatum. Hoc poſito, jam benè annum illum invenimus, quo liber iſte à *Theophraſto* eſt ſcriptus. Non enim dubitare debemus exempla illa falſorum rumorum, quæ hoc capite habentur, illis temporibus eſſe accommodata, quibus hæc ſcribebantur. Quare ſtatuamus audacter, non longè ab *Olympiade* decima-quinta hæc ſcripta fuiſſe, quando neceſſe omninò eſt, ut falſus hic rumor, qui iſtis verbis continetur, ſub finem ejus *Olympiadis* fictus, & per Athenas ſparſus ac diſſeminatus fuerit. Referendum enim iſtud eſt ad breve illud tempus, quo Polyſperchon regnum Macedoniæ, tanquam Tutor regiæ ſobolis, adminiſtravit. Functus eſt eo munere primus poſt obitum Alexandri Perdiccas, deinde Pitho & Aridæus, poſtea Antipater, & tandem Polyſpercon. *Caſaub.*

4 *Scil.* Aridæus, Alexandri Magni Frater, qui regnavit in Macedonia annos ſex & menſes aliquot, eſtque de patris nomine *Philippus* appellatus. De eo & Caſſandro lege Juſtin. *Lib.* 12, 13.

τὶς αὐτῷ, σὺ δὲ ταῦτα πιστεύεις; φήσει· τὸ πρᾶγμα βοᾶσθαι γὰρ ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸ λόγου [1]ἐπιτείνειν· καὶ πάντας συμφωνεῖν· ταὐτὰ γὰρ λέγειν περὶ τῆς μάχης καὶ πολλὰ τὸ ζημίου γεγονέναι. εἶτα δὲ αὐτῷ καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν· ὁρᾶν γὰρ αὐτῶν πάντων μεταβεβληκότα. λέγει δ' ὡς καὶ προσήκοι πρὸς τούτοις κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ, ἤδη πέμπτην ἡμέραν ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας, ὃς πάντα ταῦτα εἶδε. καὶ ταῦτα πάντα διεξιὼν, πῶς οἴεσθε; πιθανῶς σφετλιάζει. λέγων, δυσμενὴς Κάσσανδρος! Ὦ ταλαίπωρος! ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης; ἀλλ' ἦν ἰσχυρὸς γενόμενος· καὶ, δεῖ δὲ αὐτὸ σὲ μόνον εἰδέναι· πᾶσι δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει

tem veniſſe. Quod ſi quis ei dicat, Tu autem hæc credis? *Imo*, inquiet; *rem enim clariſſima omnium voce tota urbe ferri; rumorem creſcere, omnes congruere: eadem enim de prælio ab omnibus narrari: magnum nimirum ea pugna fartum eſſe factum. Idque ſe ex eorum etiam vultu, qui rem gerunt publicam, colligere; quem viderit ipſis penitus immutatum. Addit deinde ſe inaudiſſe, quendam qui ex Macedonia advenerit, quique omnibus quæ geſta ſunt interfuerit, quintum jam diem ab illis domi occultari* Atque ubi hæc commemoravit, miſerationes adjicit: at ſcin quomodo? ſane quam perſuaſibiliter. *O infelicem*, inquiens, *Caſſandrum! O virum ærumnoſum! En Fortuna quid poſſit:* At fuit certe Caſſander præpotens. Te vero, ait, tacitum hoc tecum habere oportet. Ipſe autem ad civium unumquemque accurrit, ut ei

---

1 Ἐπιτείνειν hic idem eſt, quod ἐπιτείνεσθαι. Verba enim activa & paſſiva ſæpe commutabant Attici.

προσδεδράμηκε λέγων. Τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα τί ποτε βούλονται [1] λογοποιοῦντες· οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι. πολλάκις γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις [2] περιστάσεις ποιούμενοι, [3] τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν· οἱ δ'

omnia narret. Equidem mirari ſoleo quid ſibi homines hoc genus falſis rumoribus fingendis ſpargendiſque velint: quæ res ut taceam mendacii turpitudinem, non raro ipſis incommoda evenit. Factum enim ſæpe, ut dum iſti in balneis concurſus facerent, veſtes interea ſuas furto amitterent: alii

---

1 Cum omnia noſtra dicta factaque ad certum aliquem finem referri debeant, miror, inquit *Theophraſtus*, quid ſit illud, quo tendant οἱ λογοποιοῦντες. Eſt quidem nullus honeſtus finis ipſis propoſitus: ideo *Demoſthenes* ἀνοητότατοι, inquit, οἱ λογοποιοῦντες· veriſſimè & prudentiſſimè. Tales enim omninò ſunt illi de quibus loquitur *Theophraſtus*, & qui propriè ſic dicuntur. Nam quibus Λογοποιΐα teli inſtar eſt ad aliquid efficiendum, Λογοποιοὶ propriè dici non poſſunt. Summos duces hoc vaframento ſæpe uſos legimus, ut ficto aliquo rumore falſo victoriam de hoſtibus reportarent. Utuntur aliquando & mercatores ſimili fraude. Solitum enim Athenis, ut ſitônæ, quo carius annonam divenderent, falſa quædam comminiſcerentur, & in vulgus ſpargerent.

2 Inde dicuntur περίστατοι qui corona hominum cinguntur, ut apud *Iſocratem* θαυματοποιΐαι περίστατοι Etymologici auctor, περίστατοι, περιβλέπτοι· ἐφ' οἷς ἄν τις σταίη βουλόμενος θεάσασθαι. Cæterum obſerva mihi iſto loco ſtultam hujus hominis temeritatem: qui ut vitio naturæ ſuæ obſequatur, cætum & concurſum facere non veretur. Atqui conſtat legem Athenis fuiſſe quæ pœnam capitis in eos ſtatuebat, qui hominum turbam ad ſe convocaſſent. Auctor *Seneca* pater, quem vide lib. 3. Controverſiarum 8. Hanc etiam puto cauſam eſſe, cur & hic & in ſimili loco capite περὶ ἀπονοίας, tam cito diſſipetur, qui convenerat, globus hominum.

3 Τὰ ἱμάτια &c. Furto nimirùm ſurrepta à furibus balneariis, à quibus olim ne tum quidem rectè caveri poterat, cum maximè cavebatur; tam multi erant, tam improbi.

ἐν τῇ στοᾷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ [1] νικῶντες, ἐρήμους δίκας [2] ὠφλήκασιν. εἰσὶ δ' οἱ, καὶ πόλεις τῷ λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες, [3] παρεδειπνήθησαν. πάνυ δὴ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα· ποίᾳ γὰρ οὐ στοᾷ, ποίῳ δὲ ἐργαστηρίῳ, ποίῳ δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς οὐ

dum in porticu aut pedestri aut navali prælio vincunt, quod vadimonium non stetissent, graviter multati sunt. Quibusdam etiam, dum urbes verbis suis fortiter caperent, cœna interea loci periit. Enimvero misera est istorum vita & conditio: nam quæ porticus est, quæ officina, quæ fori pars, in

---

1 Hoc est, *Νίκας λέγοντες καὶ διηγούμενοι* Poetis hæc figura dicendi admodùm familiaris. Apud *Maronem* Eclog. 6. v. 46. Silenus solatur Pasiphaën, i. e. canit quo modo ei solatium adhiberi potuerit. Vid. ejusdem Ecl. v. 62. & Ecl. 9. v. 20. Hoc modo intelligi debet. ver. 28. in *Culice*. *Nec Centaureos Lapithas compellit in enses*, i. e. nec canit in enses esse compulsos. Sic *Horat.* Lib. 1. Sat. 10. v. 36. *Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona, dumque diffingit Rheni luteum caput.*——i. e. Dum adeo malè describit, ut Memnon iterùm scribentis stylo jugulari, atque alius oriri Rhenus, non è fontibus, sed è lacubus lacunisque, videri possit. Simili elegantiâ dixit *L. Æmilius* apud *Liv.* l. 44. c. 22. *In omnibus circulis atque etiam, si diis placet, in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.* Ita etiam dicuntur historici eos *occidere*, quorum cædem solummodò *narrant*. *Casaub.*

2 Hoc ipsum notat *Horatius*, Lib. 1. Sat. 9. v. 36. de garrulo, qui mavult litem perdere, quàm *Horatium* relinquere. Fuit autem *eremodicii* pœna apud Athenienses gravissima. Nam si reus, qui judicio non steterat, absentiam suam excusare non posset, mille drachmæ adversario erant solvendæ.

3 Verbum hoc est elegans & comicum; quod de eo dicitur, quo absente, vel præsente quidem, sed in garriendo occupato, cœna comesa est, & funus factum prandio. Hoc genus hominum optimè repræsentant scurræ nostri, qui in scenâ vini, aut ejusmodi, haustum à tergo ponunt; quod, dum illi garriendo toti occupantur, aliquis clam exhaurit, risumque spectantibus movet.

διημερεύσιν, [1] ἀπαυδᾶν ποιοῦντες τὰς ἀκούοντας ὅτως, καὶ καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις;

ΚΕΦ. Θ'.

ΠΕΡΙ ΑΝΑΙΣΧΥΝΤΙΑΣ.

Ἡ δὲ ἀναισχυντία ἐστὶ μὲν, ὡς ὅρῳ λαβεῖν, καταφρόνησις δόξης αἰσχρᾶς ἕνεκα κέρδους. ὁ δὲ ἀναίσχυντος, τοιοῦτος, οἷος πρῶτον μὲν ὀφειλέτην ἀποστερεῖ, πρὸς τοῦτον ἀπελθὼν [2] δανείζεσθαι· εἶτα θύσας [3] τοῖς θεοῖς, αὐτὸς μὲν δειπνεῖν παρ' ἑτέρῳ, τὰ

---

qua dies non traducant integros, magno cum audientium, quos falsis suis narrationibus obtundunt, tædio?

CAP. IX.

DE IMPUDENTIA.

IMpudentiam desinire licet, *famæ neglectum turpis quæstus gratia.* Impudens autem is est, qui solet pecuniam mutuo rogaturus, ad eum accedere, cujus aliquid per fraudem detineat: Deinde quum sacra diis facit, carnes victimæ suæ sale as-

---

1 Ita disponenda sunt verba in constructione, ὧτως ἀπαυδᾶν ποιοῦντες τὰς ἀκούοντας &c. ὧτως, i. e. *modo supra-dicto.*

2 Δανείζεσθαι hoc in loco κυρίως & propriè secundum primævam & genuinam notionem usurpatur, scilicet, *gratuito, & sine usuris mutuum accipere.* Quod propriè *mutuum* est; ita enim veteres Lat. *mutuum* à *fœnore* distinxerunt. Plautus *Asin. Nam si mutuo non potero, certum est sumam fœnore.*

3 Veteres nullum animal in proprios usus mactabant, quin ejus aliquam partem Diis consecrabant adolendam.

δὲ κρέα ἀποτιθέναι ἁλσὶ πάσας· καὶ προσκαλεσάμενος [1] τὸν ἀκόλουθον, δοῦναι, ἀπὸ τῆς τραπέζης ἄρας κρέας καὶ ἄρτον, καὶ εἰπεῖν, ἀκουόντων πάντων, εὐωχοῦ, [2] Τίβιε. καὶ ὀψωνῶν δὲ, ὑπομιμνήσκειν τὸν κρεωπώλην, [3] εἴ τι χρήσιμος αὐτῷ γέγονε· καὶ ἑστηκὼς πρὸς τῷ σταθμῷ, μάλιστα μὲν κρέας, εἰ δὲ μὴ, ὀστοῦν εἰς τὸν ζυγὸν ἐμβάλλειν· καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει· εἰ δὲ μὴ, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον,

persas condit, ipse apud alium cœnans: atque ibi pedisequum suum compellans, sublatis de mensa carnium frusto & pane, in omnium auribus, Tu vir honeste, inquit, epulare hilariter. Quando obsonatur, lanium meminisse jubet, si ulla unquam in re fuerit de eo bene meritus; deinde autem trutinæ assistens, principio quidem carnes; sed si id non possit, os saltem aliquod in lancem injiciet: quod si auferre queat, id optime: si non, tum ille

---

1 Moris fuit veteribus cum ad convivium irent, servum aliquem secum adducere, qui hero prandenti pone astaret, vel ad pedes, eique præsto esset, siquid ille imperare vellet; Latini hos servos vocant *a pedibus*, vel *ad pedes*.

2 Τίβιος nomen servi apud veteres Comicos, ut Δᾶος, Σύρος, & Γέτας. *Stephanus Byzantinus*, Τίβιον, ὄρος Φρυγίας, ἀπὸ Τιβίου τινός· ἐκ τούτου καὶ Τιβίους τοὺς δούλους καλοῦσι. Et *Lucianus* in *Timone*, ἀντὶ τοῦ τέως Πυῤῥίου ἢ Δρόμωνος ἢ Τιβίου, Μεγακλῆς ἢ Μεγάβυζος ἢ Πρώταρχος ὀνομαζόμενος. Hi sunt Tibii, quorum meminit *Galenus Lib* 1. *Methodi*, ut servorum emptitiorum, non Pontici Thibii. *Metrodorus Scepsius* in *Epigrammatis Arithmeticis*, Ογδώκοντα Σύρος, Δᾶος τρία, Τίβιος ὀκτώ· perperam in membranis Τίμιος. Idem error apud *Theophrastum* in Characteribus, cap. περὶ ἀναισχυντίας, ubi pro Εὐωχοῦ Τίβιε· vulgo editum est Εὐωχοῦ Τίμιε. Nec benè vir eruditissimus *honorate* vertit, de servo enim accipiendum est. *Salmasius*.

3 Εἴ τι χρήσιμος, est elliptica locutio, pro εἰ κατά τι χρήσιμος, vel πρός τι χρήσιμος, Græcis non insolita.

ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ [1] ξένοις δὲ αὐτῶν θέαν ἀγοράσας, μὴ δοὺς τὸ μέρος, θεωρεῖν· ἄγειν δὲ καὶ τοὺς υἱεῖς εἰς τὴν ὑστεραίαν, καὶ τὸν παιδαγωγόν. καὶ ὅσα εὐωνημένος ἄξιά τις φέρει, μεταδοῦναι κελεῦσαι καὶ αὐτῷ. καὶ ὅπου τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν, δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον· καὶ ταῦτα χρήσαντας ἀναγκάσαι ἀποφέρειν πρὸς αὐτόν.

è menſa vel aliquod inteſtinorum fruſtum rapiet, & cum riſu diſcedet. Jam ſi peregrinis apud ſe divertentibus locum in theatro ad ſpectandum emerit, ipſe quoque, nullo pro capite ſuo dato ære, ſpectatum veniet: quin etiam liberos ſuos cum pædagogo eodem ſecum poſtero die ducere non dubitabit. Quæcunque autem parvo empta ferentem aliquem viderit, ſibi quoque communicari jubebit. Et ubi ad ædes alienas venerit, vel hordeum, vel, ſi uſus ita tulerit, paleam mutuaturus, eos coget à quibus acceperit, id quod dederint, domum ſibi apportare.

---

1 In feſtis & feriis Græcorum (quo tempore ſolemnia & ſpectacula exhiberi ſolita) magna hominum turba & frequentia (uti fit) ex vicinis populis Athenas confluere ſolebat; Atque hæc omnis peregrinorum confluges apud amicos, quibuſcum jus hoſpitii eſſet, ex more divertebat. Cives igitur, & incolæ, hoſpitibus ſuis hac in re providebant, iiſque locos in theatro parabant. Senſus igitur hujus loci eſt, *Solet iſte ἀναισχυντος, cum pro hoſpitibus ſuis θέαν ἀγοράζει, etiam ſibi & domeſticis ſuis providere, ex aliena, viz. pecunia.* Siquidem ex illo pretio quod ejus hoſpites pro lucari ſolvunt redemptoribus theatri, ipſe & pueri, & pædagogus, gratis fruuntur ſpectaculo; atque hoc eſt quod *Theophraſtus*, ait, *μὴ δοὺς τὸ μέρος*. Ita vel hoſpites ejus plus quam par eſt pro ſpectaculo pendunt, vel Theatropola minus accipit; utrinque impudentiſſimus hic homuncio & rem pariter & fraudem facit. *Dupont.*

δεινὸς δὲ καὶ πρὸς τὰ [1] χαλκεῖα τὰ ἐν τῷ βαλανείῳ προσελθὼν, καὶ [2] βάψας [3] ἀρύταιναν, βοῶντος τοῦ βαλανέως, αὐτὸς αὑτῷ καταχέασθαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι λέλουται, ἀπιών· κἀκεῖ, [4] ἀδεμία σοὶ χάρις.

ΚΕΦ. ι'.

ΠΕΡΙ ΜΙΚΡΟΛΟΓΙΑΣ.

Ἡ δὲ μικρολογία, ἔστι φειδωλία τοῦ ἀδιαφόρου ὑπὲρ τὸ καιρόν. ὁ δὲ μικρολόγος, τοιοῦτός

Sæpe etiam in balneis ad aëna accedens, poſtquam arytænam merſam replevit, ſeſe ipſe, non ſine magno balneatoris clamore, perfundit: dein diſcedens, *Lavi*, inquit: & ad balneatorem converſus, *Ego vero*, ait, *gratiam tibi nullam.*

CAP. X.

DE SORDIDA PARSIMONIA.

SOrdida parſimonia eſt *ſtudium parcendi ſumptibus ultra modum.* Sordide parcus is eſt, *qui à ſo-*

---

1 Χαλκεῖα erant *vaſa balnearia, aëna, vaſa ſc. magna, & vaſti oris, in quibus aqua balneorum calefieri ſolebat.*

2 Βάψας ἀρύταιναν, βοῶντος τοῦ βαλανέως, αὐτὸς αὑτῷ κατεχέατο. Vas in aquam immergit, intingit, ipſeque ſibi infundit; balneatoris aut mediaſtini hoc opus fuit, lavantem in balneo aqua perfundere; quod *viz.* paulo honeſtior, & cui mica eſſet modeſtiæ, facere erubeſceret. *Duport.*

3 *Ἀρύταινα* dicitur *Græcis* omne inſtrumentum cujus eſt vel in balneis, vel in culinâ, vel in menſa uſus ad hauriendum aliquid ex aliquo vaſe: eſt enim ἀπὸ τοῦ ἀρύειν· unde etiam ἀρυτὴς & ἀρυστὶς, & ἀρύστρα, tam ſignificatione quam origine cognatæ voces. *Caſaub.*

4 Οὐδεμία σοὶ χάρις. *No thanks to you.* Ita enim nos in lingua noſtra vernacula Græcam hanc phraſin quemadmodum & multas alias, totidem fere verbis retinemus. Hæc vero eſt

τις, οἷος [1] ἐν τῷ μισθῷ ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ὅτι τῶν οἰκίαν· καὶ [2] συσσιτῶν ἀριθμεῖν πόσας κύλικας ἕκαστος πέπωκε· καὶ [3] ἀπάρχεσθαι ἐλάχιστον τῇ Ἀρτέμιδι τῶν

dalibus apud ſe convivia agitare ſolitis, tanquam pro menſtruâ domûs penſione, ſemiobolum exigat: & in convivio quot quiſque calices ebibat, numeret: qui etiam ex omnibus convivis Dianæ minima liba-

---

merces quam iſte impudens balneatori pendit diſcedens. Et quid tandem is ſolvet, qui grates non perſolvet? Quanquam certe non admodum grandi pretio ei conſtitiſſet lavatio, etſi debitam mercedem balneatori pependiſſet, niſi forte Athenis cariores tum eſſet thermæ, quam Romæ. Romæ enim non niſi quadrantem unum tantum pro balneatico ſolvebant, homines ſaltem plebeii. Ita *Juvenalis*, Sat. 6. Ver. 448.

Cædere Sylvano porcum, quadrante lavari.
—Dum tu quadrante lavatum Rex ibis—

Hor. Lib. 1. Sat. 3.

1 Uſuræ Atticæ ut plurimum fuêre menſtruæ: Nec aliter certè accipiendus eſt hic locus *Theophraſti*, quàm de fœnore menſtruo, ſive uſurâ in menſem ſolvendâ. Uſuræ enim, quæ mercedis inſtar habent pro pecuniâ locatâ, menſtruæ pendi ſolebant, etiamſi in annum credita fuit pecunia. Idque moris introductum fuit, cum multi tamdiu mercede rerum ſuarum carere non poterant; quibus inde victus erat parandus. Hujus interpretationis inter alias meminit vir ſummus; *Poſſumus*, inquit, *de uſura hoc interpretari, nam certum eſt, fœnus menſtruum pendi ſolitum*: huic etiam adſentit *Duportus*. Nam ſi aliter hic locus intelligendus eſſet, deberet eſſe ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ *ob domum*.

2 Veriſſime *Duportus* συσσιτῶν explicuit de συσσίτοις & συσσιτίοις proprie ita dictis in Attica republica: Adeo parcus eſt μικρολόγος, ut calices uniuſcujuſque numeret, non cum domi ſuis impenſis amicos excipit, quod ille facturus eſt nunquam, ſed cum ſocii in commune epulantur, & ſic de particula modo ſua agitur: Hic eſt verus ſenſus loci, quem nemo vidit præter *Duport.* Sic *Martialis* Lib. XI. Epigr. 40. *in Charidemum*,

Et numeras noſtros adſtrictâ fronte trientes,
Tanquam de cella ſit cadus iſte tua.

3 Solebant veteres tum in ſacrificiis, tum in conviviis partem cœnæ diis ſuis libare, & velut primitias de menſâ conſecrare, tam de liquidis quàm de aridis. Hanc Ethnicorum re-

συνδειπνούντων. καὶ ὅσα μικροῦ τις πριάμενος [1] λογίζεται, πάντα φάσκειν εἶναι ἄγαν. καὶ [2] οἰκέτου χύτραν ἢ λοπάδα κατάξαντος, εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. καὶ τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης τρίχαλκον, οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη, καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰς κιβωτοὺς, καὶ [3] διφᾶν τὰ καλύμματα. καὶ ἐάν τι

menta offerat. Jam quæcunque ei quiſpiam fert impenſa, etiam ſi parvo empta, nimio tamen conſtare dicet. Si famulus ollam aut patinam fregerit, de ejus demenſo tantum detrahet, quanti erat quod fractum eſt. Quod ſi uxor trichalcum amiſerit, ille vero omnem ſupellectilem, lectos etiam, atque capſas loco movebit, & omnia ſtragula ſcrutabitur.

---

ligionem oſtendit verſus ille apud *Homerum* toties repetitus,

Αὐτὰρ ἐπεὶ σπείσαντ' ἔπιον θ' ὅσον ἤθελε θυμός.

Habuêre enim & Judæi religioſas ſuas libationes, quas, ut alios eorum ritus atque cæremonias, Ethnici κακοζηλίᾳ quâdam imitati ſunt. Sed loquitur hic *Theophraſtus*, non de libationibus quæ de liquido fiebant, quæ σπονδαὶ & λοιβαὶ, ſed de primitiis cœnæ, quæ etiam de aridis fiebant, & hæ ſunt ἀπαρχαί. *Duport.*

1 Λογίζεσθαι non eſt hic *putare*; ſed *imputare alicui, & expenſum ferre.* Divus Paulus etiam ἐλλογεῖν hoc ſenſu ſolet uſurpare, ut in *Epiſt. ad Philem.* com. 18. τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει. *Hoc mihi imputato.* Loquitur hic *Theophraſtus* de mandatario, vel negotiorum geſtore, qui amici vel mandatoris nomine aliquid emerit.

2 Bellè hæc conveniunt Athenienſibus; quos in rebus ita minutis & parvi pretii mirè fuiſſe attentos & ſollicitos, nequid ſibi ſervorum fraude periret, *Ariſtophanis* fabulæ teſtantur. Nam in *Ranis*, *Act.* IV. *Sc.* I. ait poeta, pleroſque Athenienſium, ſtatim ubi domum fuerint ingreſſi, nihil antiquius habere, quàm ut ſervos ſuos magno cum clamore appellent, & ab ipſis ſciſcitentur, quid olla factum eſſet; quid capite mænadis, quæ forte fuerat è menſa ſublata; quid pridiano allio; quis denique de oleis deguſtarit. *Caſaub.*

3 *Duportus* inquit quòd hoc verbum apud poetas ſolos occurrit, nec in proſâ alibi legiſſet, præterquam hic apud *Theo-*

πωλῇ, τοσούτου ἀποδόσθαι ὥστε μὴ λυσιτελεῖν τῷ πριαμένῳ. καὶ [1] οὐκ ἂν ἐάσαι οὔτε συκοτραγῆσαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κήπου, οὔτε διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀγροῦ πορευθῆναι, οὔτε ἐλάαν, ἢ φοίνικα, τῶν χαμαὶ πεπτωκότων ἀνελέσθαι. καὶ [2] τοὺς ὅρους δὲ ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι, εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοί. δεινὸς δὲ καὶ [3] ὑπερημερίαν πράξαι,

Quicquid vendit, tanti vendit, ut emptori ea res cedere bono non queat. Ficum de suo horto neminem gustare siverit: neminem per fundum suum transire: aut ullam cadivam olivam, palmulamve auferre: quotidie terminos inspectat suos, ecquid immoti eodem loco iidem maneant. Porro autem debitum si quis die præstituta non solverit, pœnam

---

phrastum: propriè significat *perscrutari*, *examinare* &c. Sic apud *Homerum* τήθεα δίφων, *diving for Oysters*; nam ab hoc verbo δίφων videtur fieri verbum nostrum, *to dive*, h. e. urinari.

1 Contrarium est quod de viro magno *Pericle* testantur Historiæ: Eum quippe legimus, ut populum sibi conciliaret, suorum agrorum macerias sustulisse; quo possent omnes, quibuscunque esset libitum, fructus ex arboribus decerpere; quod & alios factitasse, qui liberales & esse & haberi volebant, eadem historia testis. Vide *Plutarchum* in *Pericle*. *Casaub.*

2 *Casaubonus*, & *Dupertus* hunc locum de agrorum limitibus & terminis intelligunt; ac si sollicitus sit iste μικρολόγος de ruris & fundi sui limitibus, ne quis eos loco moveret, ideoque quotidie lapides suos terminales visitare & inspectare soleat. Homines scil. ad rem attentos hæc cura tangit, nec immerito. Solebant veteres, uti & nos hodiè, agrorum suorum fines erectis cippis, vel fixis lapidibus distinguere & disterminare. Quam antiquus fuit hic mos τῆς ὁριθεσίας docet nos *Homerus*, qui hujusmodi limitum, lapidumque terminalium meminit *plus vice simplici*: Iliad. φ. 403.

——— λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ
Κείμενον ἐν πεδίῳ, μέλανα, τρηχύν τε, μέγαν τε,
Τόν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης.

3 Ὑπερήμερος eleganter a Græcis dicitur *lentus debitor*, & qui ad diem præstitutum non solvit, nos vulgo, *beyond his day*.

καὶ [1] τόκον τόκου. καὶ ἑστιῶν τοὺς δημότας, μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι· καὶ ὀψωνῶν, [2] μηδὲν πριάμενος εἰσελθεῖν. καὶ ἀπαγορεῦσαι τῇ γυναικὶ [3] μήτε ἅλας

pro mora, atque adeo usuræ usuram solet exigere. Populares convivio accipiens, minutas apponet carnes: quumque ad obsonandum exierit, sæpe vacuus domum revertetur. Uxori solet edicere, "*ne cui-*

ὑπερήμερον εἰσπράττειν τινὰ apud *Demosthenem*, aliosque Atticos scriptores, de rigido & severo creditore, qui tarda nomina acerbè compellat, & moræ pretium exigit; quod hic ὑπερημερίαν πρᾶξαι dicit noster. *Duport.*

1 *Usuram usuræ*; & sic in infinitum, εἰς ἄπειρον, certè crescit; Græci ἀνατοκισμὸν vocant, *use upon use*; nisi ad diem ei solvatur usura, pænam pro mora exigit, & usuram usuræ. *Theophrasti* ætate & frequens & licita fuit usura usuræ; ideoque qui eam exercebant, minus infames, minusque invisi habebantur, quippe quod solitam & ordinariam viam fœnoris insisterent, nec alio nomine quam μικρολογίας titulo notabantur. Sed aliter Romæ sese res habebat, ubi improbitas fœnoris, & licentia, legum repagulis coercebatur. *Lucullus* (referente *Plutarcho*) de hâc ipsâ re legem tulit; unde postea in legibus imperatoriis sancitum legimus, *Improbum fœnus exercentibus, & usuras usurarum illicitè exigentibus, infamiæ macula irroganda est.*

2 Sic *Euclio Plauti* in *Aulul.* A. 2. Sc. 12. optimè depingitur, de quo *Theophrastus* loqui videtur.

Venio, ait ille, *ad macellum : rogito pisces : indicant*
Caros; agninam caram, caram bubulam,
Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia;
Atque eo fuerunt cariora, æs non erat.
Abeo illinc iratus, quoniam nihil est quî emam;
Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occepi; festo die siquid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi peperceris.

3 Hæc locutio μήτε ἅλας &c. videtur adagionis speciem præ se ferre, de homine tenaci & parco, qui ne gry quidem, ne rem quantumvis minimi pretii cuiquam mutuo dederit; de eo dici potest, ne salem quidem commodabit; cui simile illud *Simichidæ*——Οὐδ' ἅλα δοίης. *Duport.*

χρωννύειν; μήτε ἐλλύχνιον, μήτε [1] κύμινον, μήτε ὀρίγανον, μήτε ὕλας, μήτε ῥέμματα, μήτε θυλήματα· ἀλλὰ λέγειν ὅτι τὰ [2] μικρὰ ταῦτα πολλά ἐστι τῷ ἐνιαυτῷ. καὶ τὸ ὅλον δὲ, τοὺς μικρολόγους καὶ τὰς ἀργυρόθηκας ἐστὶν ἰδεῖν εὐρωτιώσας; καὶ κλεῖς [3] ἰωμένας· καὶ αὐτοὺς δὲ φορεῖντας

quam ſalem aut ellychnium, aut cyminum, aut origanum, vel etiam farris quicquam, vel corollam ullam, vel libum ullum commodet: Magnam enim, inquit, *parva hæc tandem in anno ſummam efficiunt*". In ſumma, ſordidorum iſtorum hominum loculos videas ſitu obſitos, claves ferrugine illitas: Ipſos quinetiam videre dicet veſtes geſtare intra quam modicas; gut-

1 Viliſſimum hoc granum, minimique pretii eſt, cui tamen ὁ μικρολόγος incubat, & parcit, tanquam tritico optimæ notæ. Inter viliſſima olera recenſetur in *Evangelio*, ubi agitur de hypocriſi Phariſæorum, qui in decimandis oleribus adeo ad amuſſim erant exacti, omittentes interim τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου. Merito cumini meminit *Theophraſtus* cum a minuto hoc olere denominetur avarus proverbiali ſcommate *Cumini ſector*.

2 Frequens eſt hæc ſententia in ore parcorum hominum, quâ etiam parvis ſumptibus parcendum monent; ita etiam hodie dicere ſolent homines ad rem attentiores, *μικρὰ ταῦτα πολλὰ ἐστὶ τῷ ἐνιαυτῷ, thus much a day comes to a great deal in the year.* Hæc parva non ſunt contemnenda; quod non tantum de parvis ſumptibus verè dici poteſt, ſed & de parvis laboribus, de parvis ſtudiis, de parvis ingeniis, de parvis hoſtibus, de parvis periculis, de parvis rebus quibuſcunque merito uſurpetur. Quamobrem hominem non tantum parcum, ſed & prudentem decebit hæc ſententia; *Μικρὰ ταῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ. Duport.*

3 *Ἰωμένας ferrugine obſitas, obductas.* Idem verbum in compoſ. extat in *Epiſt. Jacobi* Cap. 5. de re non diſſimili, de divitibus avaris, ὁ πλοῦτος ὑμῶν σὴς ὁ ἄργυρος κατίωται, i. e. *eorum & argentum veſtrum ærugine corruptum eſt & violatum.* Vox ἰὸς ſignificat, & *ſagittam*, & *venenum*, & *æruginem*. Videtur tamen inter has diverſas ſignificationes eſſe dependentia quædam & cognatio;

[1] ἐλάττω τ̃ μικρῶν τὰ ἱμάτια, καὶ ἐκ λεπτῶν μικρῶν πάνυ ἀλειφομένους, καὶ [2] ἐν χρῷ κειρομένους,

tulos ex quibus ungantur, parvulos habere: capite eſſe ad cutem uſque attonſo: calceos medio die

---

rubigo enim metalli veluti virus quoddam & venenum, quod in ejus venas penetrat, ejuſdem viſcera & ſubſtantiam exedit, & erodit: virus autem veluti jaculum quoddam & ſagitta eſt, ſiquidem ſerpentes, atque alia ἰοβόλα θηρία (*venenoſæ beſtiæ*) virus & venenum ex ore ejaculantur, tanquam ſaggitam ex arcu. *Duport.*

1 Inter alia morum indicia, *veſtitus hominem indicat & proclamat qualis ſit*, inquit *Siracides*: atque hinc eſt quod *Theophraſtus*, acutiſſimus morum inſpector, & accuratiſſimus eorum deſcriptor, & characteriſta, plura ingenii ſigna ab ornatu corporis deſumat: *hominem incivilem, & ruſticum* ſupra hoc charactere deſcripſit, quòd ſoleret *majores, quàm pro menſura pedis, calceos geſtare*; atque ita hic ſordidum & avarum hominem introducit φοροῦντα ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια, *veſtes geſtantem nimio nimis modicas & minutas*, ad verbum *minora parvis veſtimenta*. Hæc phraſis, & loquendi formula apud alios Græcos occurrit authores. Sic μείζων μεγάλου, *major magno* eſt *permagnus, valde magnus*: Ἀνδρὸς μεγάλου πολὺ μείζων. *Sappho.* Sic hic ἐλάττων τοῦ μικροῦ, *minor parvo*, inferioris adhuc gradus eſt, ἐλάττων τοῦ ἐλαχίστου *minor minimo* quod in uno verbo, non minus eleganter quam humiliter, ἐλαχιστότερος· quam vocem de ſe ipſo uſurpavit ſummus Apoſtolorum. Eſt hæc peculiaris Græcæ linguæ copia & elegantia, quod ipſa ſuperlativa patiuntur adhuc ſuperiores gradus comparationis; ut ab ἐλάχιστος, —τότερος, pro quo neſcio quis e latinis patribus (*Ambroſ.* credo) dicit *minimiſſimus*, ex imitatione Græcorum. *Duport.*

2 *Ariſtophanes Socrati & Cheræphonti* exprobrat ſqualorem capillorum, quippe quos præ parſimoniâ nimiâ nunquam tondendos curarent——ὧν, inquit, ὑπὸ τῆς φειδωλίας

Ἀπίκειρατ' οὐδὶς πώποτε.

——*Qui vitam ita parce exigunt,*
Ut nemo illorum unquam ſiet attonſus.

Videntur eſſe contraria, ſtrictim ad cutem uſque tonderi, & nunquam tonderi; ſunt tamen ejuſdem hominis & ut loquitur *Ariſtoteles* τῇ αὐτῇ ἕξει. Nam qui ad vivum tonderi vult, id ſpectat ut raro tonſoris operâ indigeat: vitat ſumptus, non minus quam alter ille. Ex his intelligi poteſt, quæ ratio ſit

καὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένους, καὶ πρὸς τοὺς γναφεῖς διατεινομένους, ὅπως τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἕξει πολλὴν γῆν, ἵνα μὴ ῥυπαίνῃ ταχύ.

ΚΕΦ. ιά.

ΠΕΡΙ ΒΔΕΛΥΡΙΑΣ.

Οὐ χαλεπὸν δέ ἐστι τὴν βδελυρίαν διορίσασθαι· ἔστι γὰρ παιδιὰ ἐπιφανὴς καὶ ἐπονείδιστος. ὁ δὲ βδελυρὸς, τοιοῦτος, οἷος ὑπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις, ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον. καὶ ἐν θεάτρῳ [1] κροτεῖν, ὅτ' ἂν οἱ ἄλλοι παύωνται, καὶ συρίτ-

exuere: & cum fullonibus obnixè agere, ut ad poliendam ſuam veſtem cretæ multum adhibeant, ne ſordes facile contrahat.

CAP. XI.

DE IMPURITATE.

IMpuritatem vero deſinire non eſt difficile: Eſt ſiquidem "*jocus luduſve evidens nimis ac flagitioſus.*" Impurus vero is eſt, qui, ſi in liberas mulieres incidat, veſte ſubducta pudenda illis oſtendat. In theatro reliquis tacentibus, ipſe plaudit: & quos

---

cur apud *Ariſtophanem* philoſophi modo tanquam κομῶντες irrideantur; modo, ut ἐν χρῷ κεκαρμένοι· utrumque enim extremæ parſimoniæ eſt, a quibus ſordibus ut ſe oſtenderent eſſe alienos, homines venuſti & elegantes ſolebant, quod *Theophraſtus* capite quinto dicebat, πλειστάκις ἀποκείρεσθαι. Vid. *Kuſteri* notas in *Ariſtoph.*

1 Verba theatralia de ſpectatoribus in theatro. κροτεῖν eſt *plaudere*; συρίττειν contra, *explodere*. Impurus iſte nebulo in

τειν ὡς ἡδέως θεωρῶσιν οἱ λοιποί· καὶ ὅτ' ἂν σιωπήσῃ τὸ θέατρον, ἀνακύψας ἐρυγεῖν, ἵνα τὰς καθημένας ποιήσῃ μεταγραφῆναι. καὶ, πληθούσης τῆς ἀγορᾶς, προσελθὼν πρὸς τὰ [1] κάρυα, ἢ τὰ μῆλα, ἢ τὰ [2] ἀκρόδρυα, ἑστηκὼς [3] πραγματίζεσθαι, ἅμα τῷ πωλοῦντι

alii libenter ſpectant, ipſe ſibilis conſectatur: &, toto theatro ad ſpectandum intento, ipſe reſupinato corpore ructat, ut qui ſedent oculos avertere neceſſe habeant. Ac, quando maxime frequens eſt forum, ad nuces, mala, & reliquos omnis generis fructus accedens, ibique ſtans, de iis comedit, ſermones

---

theatro plaudit, cum alii tacent; & explodit, quos alii probant, & cum voluptate ſpectant; adeo ab humanitate morumque elegantia eſt remotus. Hiſtriones imperitos ſibilis proſequi ſolebant veteres in theatro ſpectantes, uti & hodiè fit. *Duport.*

1 *Ad nuces*, i. e. ad forum ubi nuces venduntur. Solebant enim Athenienſes varia fora, aut fori partes, de nominibus rerum, quæ ibi venales proſtarent, nominare. Sic paſſim inveniemus apud Atticos ſcriptores εἰς τὰλαιον, *ad oleum*, i. e. *ad forum olearium*. Hanc loquendi formulam (opinor) & nos imitamur in linguâ noſtrâ; ita enim (ni fallor) audivi nundinis noſtris nuper exactis, *let's go to the hops*, i. e. ad forum illud ubi venales proſtant lupuli, ſive quocunque alio nomine vocandum ſit illud ſive herbæ, ſive grani genus, quod ad potum adhibetur. *Duport.*

2 *Euſtathius* ἀκρόδρυα accipere videtur ampliſſima ſignificatione pro fructibus arborum quibuſcunque; vult enim τὰ μῆλα poma ſic differre ἀπὸ τῶν ἀκροδρύων quemadmodum ſpecies differt a genere.

3 Hic mos hodie obtinet apud nonnullos, ruſticos ſaltem & pueros, ut, dum in foro nuces aut poma, aut quid ejuſmodi emunt, interim inter licitandum, & emendum de mercibus manducent; quod quidem ſuo jure, ſine omni fraude, & injuriâ, palam facere videntur viz. πειράματος χάριν *ſpeciminis & experimenti gratiâ*: viri tamen elegantes & politi vix aut nè vix hoc facere ſuſtineant; quin potius, tanquam incivile, abhorreant. *Duport.*

προσλαλῶν. καὶ καλέσας δὲ τῶν παριόντων ὀνομαστί τινα, ᾧ μὴ συνήθης ἐστί· καὶ ἀπεύδοντα δέ που ὁρῶν, προμεῖναι κελεῦσαι. καὶ [1] ἡττωμένῳ δὲ μεγάλῳ δίκῃ ἀστιόντι ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου προσελθεῖν, καὶ συνηδῆναι. καὶ ὀψωνεῖν ἑαυτόν, καὶ [2] αὐλητρίδας μισθοῦσθαι· καὶ δεικνύειν δὲ τοῖς ἀπαντῶσι τὰ ὀψωνημένα, καὶ προκαλεῖν ἐπὶ ταῦτα· καὶ δικηγεῖσθαι προσὰς πρὸς [3] κουρεῖον, ἢ μυροπώλιον, ὅτι μεθύσκεσθαι μέλλει.

interea cum eorum venditore ſerens. Non etiam dubitat prætereuntium aliquem, nulla ſibi familiaritate junctum, nominatim compellare: & ſi quem aliquò properantem videat, jubebit exſpectare. Solet etiam ad eum qui in grandis pecuniæ judicio cauſa ceciderit, redeuntem è judicio accedere, & ei gratulari: quumque ſibi opſonia emerit, & tibicinas conduxerit, ut cuique obvius fuerit factus, opſonia illi oſtendere, & ad ea invitare. Idem-

---

1 Ἡττᾶσθαι δίκην *cauſa cadere*, & νικᾶν δίκην *cauſa vincere*; in hac loquendi formula nos propius ad Græcos accedimus quam Latini cum dicimus, *to win the day, the field, the battle*, cum Lat. non dicant *vincere prælium* aut *pugnam* aut *cauſam*, ſed *in prælio vincere, ſuperior eſſe. Duport.*

2 Una cum bellariis jam intrant Tibicines, vel potius tibicinæ, non αὐληταὶ, ſed αὐλητρίδες. Muſica eſt convivii comes, δαιτὶ συνήορός ἐστι θαλείῃ, inquit muſicorum princeps *Homerus.*

3 Tonſtrinas eſſe garrulorum & malè feriatorum hominum receptacula lippis jam olim & tonſoribus notum eſt; ipſi tonſores uſque ad proverbium ſunt loquaces; quia ſcilicet in eorum officinas ignaviſſimi quique & loquaciſſimi confluere ſoleant; quorum aſſiduo conſortio ipſi garrulitatis morbo inficiuntur. Sed unguentariæ officinæ otioſorum hominum colloquiis haud minus fervere ſolent. Nec mirum, inquit *Duportus*, ſi in unguentariis officinis tam leves & habiles & lubricæ ſunt hominum linguæ, ac ſi oleo, & unguento delibutæ eſſent.

καὶ οἰνοπωλῶν, [1] κεκραμένον τὸν οἶνον τῷ φίλῳ ἀποδόσθαι. [2] καὶ ἐπὶ θέαν τηνικάδε πορεύεσθαι ποιῶν τοὺς υἱεῖς, ἡνίκα προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι. καὶ ἀποδημῶν δημοσίᾳ, τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως [3] ἐφόδιον οἴκοι καταλιπεῖν, παρὰ δὲ τῶν συμπρεσβευτῶν δανείζεσθαι. καὶ τῷ [4] ἀκολούθῳ ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον ἢ

que ad tonstrinam aut tabernam unguentariam astans, narrat velle se mox ad ebrietatem usque bibere. Vinum vendens, etiam amico dilutum dabit. Ad ludos spectandos tunc mittit liberos, quando gratis per theatrorum redemptores spectare licet. Cum legatus peregre proficiscitur, relicto domi viatico quod publice accepit, à legationis sociis mutuo ro-

---

1 Pessimi hoc ingenii signum est, impurissimi nebulonis character, etiam amicis imponere & fucum facere. Sed nescio quomodo hæc olim fuit, etiam & *Tuta frequensque via est per amicum fallere nomen*; præsertim in mercatura, adeo ut in officinis & tabernis mercatoriis hæc fere fraus honesta habeatur. Jam in tabernis vinariis solennis semper fraus fuit, aquam vino miscere, & pro meraco dilutum vendere. *Duport.*

2 Finitis jam penè ludis cuilibet permissum erat theatrum ingredi, uti in theatris nostris fieri solet. *Fellus.*

3 Notet lector, legatis, qui ab Atheniensibus publicè ad regem Persarum mittebantur, duas tantum drachmas in singulos dies datas fuisse. Quis non miretur illam frugalitatem veterum? Nam hodie vix famulus legati eâ mercede contentus foret. Simile frugalitatis exemplum etiam in historia Romana occurrere putat *Casaubonus.* Sed fallitur vir doctissimus. Nam *Plutarchus* refert idem *tom.* 2. p. 30. d. *Tiberio Graccho* novem obolos in diem a senatu assignatos fuisse, sed tantillum sumptum non honoris, sed contemptûs gratiâ (erat enim senatui valde exosus) ei tributum fuisse. Vid. doctissimi *Kusteri* notam in *Acharnen. Aristophanis* A. 1. Sc. 2. V. 23.

4 Ἀκόλουθοι dicebantur & pueri qui nobiles viros pompæ & honoris gratiâ sequebantur, asseclæ, pueri a pedibus, vulgo *Pages or Lackeys.* Famulorum longè frequentior fuit usus olim apud antiquos, quam apud nos hodie: idemque officium præstabant servi quod equi hodie & juramenta. *Duport.*

δύναται φέρειν, καὶ ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν. καὶ ἀπὸ τῶν [1] ξενίων τὸ μέρος τὸ αὑτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι. καὶ ἀλειφόμενος ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ εἰπὼν, [2] σαπρόν γε τὸ ἔλαιον ἐπρίω, τῷ παιδαρίῳ· τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι. καὶ τῶν εὑρισκομένων χαλκῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς πρὸς τῶν οἰκετῶν, δεινὸς ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος, [3] κοινὸν εἶναι φήσας τὸν Ερμῆν. τὰ δὲ δὴ

gabit. Moris etiam habet famulum itineris comitem, onerare quidem ſarcinis ſupra modum, victum vero ei anguſte nimis ſuppeditare. Lautia ſi cum aliis acceperit, ſuam portionem petet, ut eam ſtatim vendat. In balneis lavans, puerulo appellato. *Nam hercule tu*, inquit, *oleum nimis rancidum mercatus es:* & ſimul alieno ſe inungit. Quòd ſi quos pueri nummos æreos, ut fit, in via repererint, partem inde ſibi poſcet, illud uſurpans, Mercurium eſſe

---

1 Ξένια ſunt hîc quævis dona. Lat. interp. hoc in loco *lautia*; erant autem *lautia* apud Romanos proprie *dona*, ſeu *munera*, *quæ exterarum gentium legatis mittebantur*, quaſi *lauta* & ſplendida. Quin & hodie principibus populiſque exteros mos eſt legatos muneribus & præmiis honorariis onuſtos dimittere; quem morem antiquiſſimum fuiſſe colligo ex *Homeri* loco non uno. Sic de poculo quodam Priami legimus, *Il.* ult. quod Thraces ei dono dederunt, cùm ad eos legatus veniret,

Ἐκ δὲ δέπας περικαλλὲς οἱ Θρῆκες πόρον ἄνδρες
Ἐξεσίην ἐλθόντι μέγα κτέρας.——— *Duport.*

2 Σαπρὸν Gr. vocant quicquid a priſtino ſtatu & nativo uſu degeneravit, quicquid labem & vitium contraxit, ita ut eum uſum præſtare non poſſit, ad quem fuit comparatum. Non malè igitur *Heinſius* eſt ad illum locum *Evang.* τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρπὸς σαπρὸς ποιεῖ, *Recentiores*, inquit, *interpr.* putris autem arbor fert fructus putres; *imo nullos, ſi ſit putris, neque aliud hic* σαπρὸν *quam* κακόν. *Duport.*

3 *Communem Mercurium*, vulgo *half parts*; proverbium apud Græcos quoties duobus ſimul ambulantibus alter aliquid inve-

τοιαῦτα. [1] Φειδωνίῳ μέτρῳ τ' ἀγγείῳ [2] ἐγκεκυφυσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ὀπιτήδεια, σφόδρα [3] ἀπολῶν. . . . ἐπιπλαδᾶν φίλῳ ὀπιπλαδῶν

communem. Ejuſdem hominis ſunt hæc quoque. Phidonia menſura ſi quid metiatur, eam adhibet, cujus ſit fundum colliſum & introrſus adactum: domeſticis ſuis demenſum ipſe perquam ſtudioſe radens metitur.... Pignus aliquod ab amico reddendum

---

nerat, tum ſtatim clamabat κοινὸς Ἑρμῆς, quaſi dicas, communé hoc utriſque noſtrûm obtigit lucrum. Neque vero paræmiam hanc inde tantum deſumptam opinor, quod *Mercurius* lucri præſes fuerit, ſed etiam, quia viis præfectus, unde Ἑρμῆς ὁδῖος dictus eſt; ideoque cum in viâ aliquid invenirent, putabant *vialis Mercurii* ductu, auſpicioque id lucrum inſperatum ſibi contigiſſe; atque hæc mihi videtur genuina ratio & origo hujus proverbii κοινὸς Ἑρμῆς. *Duport.*

1 Menſuras publicas invenit *Phidon* & ab inventore menſuræ publicæ dictæ ſunt *Phidoniæ*: μέτρον Φειδώνιον igitur propriè nihil aliud, quam menſura publica auctoritate recepta; menſura cujus modus publicè eſt definitus. Procul-dubio hoc vocabulum non eſt epitheton ab appellativo deſumptum, ut vult Cl. *Caſaubonus*, ſed denominativum à proprio nomine. De hoc *Phidone* vid. *Euſebium* in *Chronico*.

2 Μέτρον τὸν πύνδακ' ἐγκεκυφός. eſt *vas quod fundum colliſum, & introrſus adactum habet*, ut eo modo minus menſuræ capere, & continere poſſit; atque hoc modo, & modio ſervis dimenſa metiri maximarum ſordium eſt, extremæ avaritiæ ſignum, & character. Simile artificium œnopolis noſtris in uſu eſſe, etiam nos hodie aliquoties cum noſtro damno ſentimus: fiunt ſiquidem hujuſmodi vaſa ex ſtanno; niſi enim conficerentur ex tali materiâ ductili, quæ malleo flecti, ſubigique poſſit, hujuſce fraudis capacia non eſſent, & talis proculdubio fuit hæc menſura, de quâ hic *Theophraſtus*.

3 Proverbialiter uſurpari licet de duris & avaris & ſordidis dominis, qui ſuis ſervis illiberale ſtipendium præbent. Quin & hodie frumentarii noſtri mercatores, qui triticum in foro vendunt, ſolent ἀπομύττειν μέτρον, *detergere modium*, nequid redundans in menſura ſit; neque certè prohibitum eſt hoc νόμοις τοῖς ἀγαθοῖς. *Duport.*

[1] ἀποδόσθαι. ἀμέλει δὲ καὶ χρέος ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν, ἔλαττον τέτρασι δραχμαῖς ἀποδιδόναι· καὶ [2] φράτορας ἑστιῶν, αἰτεῖν τοῖς αὑτοῦ παισὶν ἐκ τοῦ κοινοῦ ὄψον· τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίση τῶν ῥαφανίδων [3] ἀπογράφεσθαι, ἵνα οἱ διακονοῦντες παῖδες μὴ λάβωσιν.

accipiens, vendit: & si triginta minas solvere habeat, ut quatuor tamen drachmæ de solido desiderentur, operam dabit: quando etiam tribuleis convivio accipit, solet pueris suis obsonia è communi postulare: dimidiatos vero raphanos, si qui forte de mensa tollantur, annotat, ne eos pueri ministri capiant.

---

1 Celeberrimus *Casaubonus* existimavit quasdam voculas deesse, & fuit quum, liberiosa paulo conjectura, legebat.—ὑπέγγυόν τι παρὰ φίλου τὶ λαβὼν, ἀποδόσθαι. *Needhamus* censebat legi posse, ὑποπρίασθαί τι φίλου, ἀπολαβὼν δὲ ἀποδόσθαι, i. e. *minore pretio rem aliquam ab amico emit, receptam autem vendit*, majore scil. pretio; quod nemo, nisi homo impense βδελυρὸς, facere sustineret. Ὑποπρίασθαί τι, minore pretio rem emere ut nostrate lingua dicimus, *To underbuy a thing*.

2 Quemadmodum apud Romanos fuêre *dies curiæ*, ut *Cicero* 1. *De Oratore* cap. 7. vocat, hoc est, *curialium convivia*; ita etiam apud Athenienses: fuitque hoc unum genus χορηγίας, è quam plurimis quæ in ea republica fuerunt. Talia convivia fuerunt collatitia. Vid. *Demosthenis* orationem contra *Midiam*. *Casaub*.

3 Solebant homines deparci, & sordidi semesa fercula notare, ut cum mensæ iterum apponuntur observare, & deprehendere possent, si quod sibi servorum fraude periisset. Athenienses præsertim mirum in hunc modum laborasse testantur Comœdiæ. Raphani apud nos vile cibi, imo condimenti genus sunt & exigui pretii; nedum ut in deliciis habeantur, aut in beatorum mensis tantâ curâ notari, aut in posteras dapes reservari, mereantur. Sordidum hunc morem reservandi in crastinum cibi pro more *Juvenalis* elegantissimè tangit, Satirâ decimâ quartâ, Ver. 126. seq.

ΚΕΦ. ιβ'.

ΠΕΡΙ ΑΚΑΙΡΙΑΣ.

Ἡ Μὲν οὖν ἀκαιρία, ἔστιν ὀπίτευξις λυπῆσαι τοὺς ἐντυγχάνοντας. ὁ δὲ ἄκαιρος, τοιοῦτός τις, οἷος ἀσχολουμένῳ προσελθὼν ἀνακοινοῦσθαι. καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ [1] ἐρωμένην [2] κωμάζειν πυρέττουσαν. καὶ δίκην [3] ὠφληκότα ἐγγὺς προσελθὼν, κελεῦσαι

CAP. XII.

DE INTEMPESTIVITATE.

Sive Inſcitia Temporis.

INtempeſtivitas eſt "*congreſſio moleſta iis quibuſcum congrediaris*". Homo autem intempeſtivus is eſt, qui ad amicum occupatum accedens, velit re communicata cum illo deliberare: quique ad amicam ſuam febre laborantem laſcivum ac protervum in modum accedit. Solet etiam eum qui jam ante

---

1 Alia forte hujuſmodi apud Atticos ſcriptores inveniemus; participia ſcilicet quæ ſubſtantivorum induerunt formam, unde etiam cum genitivo ſequ. conſtruuntur, uti hic *αὐτῆς ἐρωμένην amaſiam* ſive *amatam*. In quâ conſtructione Gr. omnino imitantur ſyntaxin Heb. nam apud Hebræos participia in regimine ponuntur, ſeu forma conſtructionis, non minus quam nomina. *Duport.*

2 In hoc loco *Theophraſti κωμάζειν* non eſt *comeſſari*, ſed potius *comeſtantium in morem alicujus domum frequentare*. Vulg. Gram. *κωμάζειν* exponunt ſimpliciter *accedere*; cum proprie ſit, *protervè, petulanter accedere*, ut comeſſabundi ſolent, & ut proci, & amatores ſolent ad ſuas amaſias.

Turba ruunt in me luxuriosa proci.

3 Frequens verbum apud Gr. ſcriptores præſertim in re forenſi, ab ὄφλω *reus ſum, damnatus ex judicio.*

αὐτὸν [1] ἀναδέξασθαι. καὶ μαρτυρήσων παρεῖναι, τοῦ πράγματος ἤδη κεκριμένου. καὶ κεκλημένος εἰς γάμους, τοῦ γυναικείου γένους [2] κατηγορεῖν. καὶ ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ ἥκοντας ἄρτι, παρακαλεῖν εἰς περίπατον. δεινὸς δὲ καὶ προσάγειν [3] ὠνητὴν πλείω διδόντα ἤδη πεπρακότι. καὶ ἀκηκοότας καὶ μεμαθηκότας ἀνίστασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων. καὶ πρόθυμος δὲ ἐπιμεληθῆναι ἃ μὴ βούλεταί τις γενέσθαι, αἰσχύνεται δὲ ἀπεί-

fuerit ex ſponſo condemnatus, adire, rogans ut pro ſe quoque intercedere velit. Et ad dicendum teſtimonium tunc venit quum res eſt judicata: ad nuptias vocatus, in mulierum genus invehitur. Eos qui à longinquo itinere modo advenerint, ad deambulandum ſecum invitat: re jam vendita emptorem adducit qui pluris ſit empturus. Sæpe etiam è medio hominum ſibi aſſidentium ſurgit, ut rem illis orſus à capite exponat, quam omnes jam audi-

---

1 Ἀνάδοχοι dicuntur *ſponſores*, ſive *ſuſceptores infantium qui ſacro fonte abluuntur*. Sed generaliter ἀναδέχεσθαι de ſponſoribus quibuſcunque, aut fidejuſſoribus. Eodem ipſo tempore quo quis ſponſi actione damnatur, & promiſſum lucre, & alienum debitum, quod ſpondendo in ſe recepit, præſtare cogitur; eo ipſo tempore abſurdus hic homo ejus fidem, atque opem implorat, ut pro ſe etiam ſuſcipere & ſponſionis nexu ſe implicare velit; quo nihil magis ineptum eſt.

2 Nihil abſurdius, nec inconcinnius, nec intempeſtivius; ſaltem nuptiarum tempore benè audiant fœminæ; ſaltem ἐν τοῖς γάμοις parcatur ſequiori ſexui, quicquid aliis temporibus contra eum declamitent οἱ μισογύναι; quorum princeps ex veteribus poetis notatur *Euripides*. *Duport.*

3 Mos fuit Athenis, ut qui vellent aliquid vendere, certorum hominum opera uterentur ad reperiendum emptorem. Hodie quoque multum illis mercatores utuntur; vocanturque vulgo Italico, ut opinor, vel Hiſpanico nomine, *curſitatores*. De iis accipiendus eſt hic locus *Theophraſti*.

παθαμ. καὶ θύοντας καὶ ἀναλίσκοντας ἥκειν [1] τόμον ἀπαιτήσων. καὶ μαθητευομένου οἰκέτου παρέργως, διηγεῖσθαι ὅτι καὶ αὐτῷ ποτε παῖς ὢν πληγὰς λαβὼν ἀπήγξατο. καὶ [2] παρὼν διαίτῃ, συγκρούειν, ἀμφοτέρων βουλομένων [3] διαλύεσθαι. [4] καὶ ὀρχησόμενον

verint ac pernorint: & quæ nollet quidem aliquis, ſed denegare tamen erubeſcit, ad illa curanda, promptus eſt. Ad eos qui ſacra faciunt, & epulas concelebrant, accedit, ut aliquam inde partem auferat. Quod ſi præſente eo famulus cædatur; *ſibi quoque puerum aliquando fuiſſe* narrabit, *qui ſimiliter cum virgis caſtigatus ſe ſuſpenderit.* Idem captus arbiter, duos litigantes, quorum uterque rem tranſigi optat, inter ſe committet. Denique ſaltaturus, ſo-

1 Mos erat apud antiquos, cum victimas diis ſuis offerrent, convivia celebrare, aut ſaltem ſacrificii partem aliquam amicis ſuis mittere. Cum vero ſacrificantes ex humanitate & benignitate quâdam hoc facere ſoleant, iſte homo, pro inſignita ſua impudentia, hoc quaſi debitum repoſcit, & ſuo quodam jure ſibi vindicat, *viz.* portionem aliquam ſibi de victima dari; id enim eſt τόμον ἀπαιτεῖν. *Duport.*

2 *Qui in arbitratione præſens fuit*, malè *captus arbiter*, ut Lat. Interp. reddit. Qui electus, ſeu captus eſt arbiter alicujus controverſiæ, is nec à Gr. nudè, ac ſimpliciter dicitur παρὼν διαίτῃ (ita enim etiam quilibet ſpectator vel auditor actionis) ſed ἐπιτετραμμένος τὴν δίαιταν, *is cui committitur arbitratio cauſæ.* Hoc magis τῆς ἀκαιρίας ſignum & indicium eſt, duos litigantes inter ſe committere; præſertim tam alieno tempore, cum uterque in reconciliationem propendet, & vulnus jam penè obductum recrudeſcere facit. Atque hoc eſt συγκρούειν collidere; propriè de fictilibus & vaſis inter ſe colliſis & concuſſis. Juxta ſymbolum illud fœderatarum provinciarum, quod erat, duæ ollæ teſtaceæ, cum hâc inſcriptione, *Frangimur, ſi collidimur.* Hinc eleganter transfertur ad conflictus animorum, ut ſignificet, lites & diſcordias inter homines ſeminare. *Duport.*

3 Διαλύεσθαι in ſenſu communi, eſt *dirimi*, h. e. amicitiæ renuntiare; at in ſenſu forenſi contra, *reconciliari, litem dirimere.*

4 Cum benè ſaturi & benè poti eſſent, animum ad ſaltandum appellabant. Supra nota erat ἀποπεπωκὼς ſiccum & nondum vino plenum ſaltare. *Fellus.*

ἅψασθαι ἑταίρου μηδέπω μεθύοντος.

ΚΕΦ. ιγ'.

ΠΕΡΙ ΠΕΡΙΕΡΓΙΑΣ.

Ἀμέλει [1] περιεργία δόξειεν εἶναι προσποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων, μετ' εὐνοίας. ὁ δὲ περίεργος, τοιοῦτός τις οἷος [2] ἐπαγγέλλεσθαι ἀναιτὶς ἃ μὴ δυήσεται. καὶ ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος

cium manu prehendit, qui nondum ſit vino madidus.

CAP. XIII.

DE SEDULITATE INEPTA.

Περιεργία, (quam liceat ſedulitatem ineptam dicere) *eſt dictorum factorumque ſimulatio cum ſignificatione benevolentiæ.*" Mores ejuſmodi hominis ita ſunt. Facile ſurgens è medio, in ſe recipit, quibus præſtandis par non ſit: rem quæ omnium confeſſione juſta eſt, pluribus verbis, in aliquo in-

---

1 Parvo intervallo ſeparantur hæc tria, *adulatio*, *blanditia* & περιεργία· quæ eſt officium ab eo profectum, in quo non eſt affectio, ſed affectatio, ut cum *Tertulliano* dicam. De hujuſmodi moleſta ſedulitate *Horatius*,

Sedulitas autem, ſtultè quem diligit, urget.

Qui dum aliis quomodocunque placere ſtudet, odioſum ſe iis & ridiculum præbeat, præ inepto quodam bene merendi pruritu. Atque hic genius eſt, & mos, & mens, & ſors, & fatum iſtius hominis, quem hoc in capite depingit Philoſophus.

2 Hoc non facit ex arrogantia aliqua, ſed ex levitate & inani quodam placendi ſtudio; potius enim quam denegare quicquam rogatus ſuſtineat, etiam ea promittet, quæ præſtare non poteſt. *Duport.*

δικαίου εἶναι), [1] ἔν τινι στὰς ἐλεγχθῆναι. καὶ πλείω δὲ ἐπαναγκάσαι τὸν παῖδα κεράσαι ἢ ὅσα δύνανται οἱ παρόντες ἐκπιεῖν. καὶ [2] διείργειν τοὺς μαχομένους, καὶ οὓς οὐ γινώσκει. ἀτραποῦ ἡγήσασθαι, εἶτα [3] μὴ δύνασθαι εὑρεῖν [4] οὗ

hærens, docere instituit, nullo modo posse argui. Puerum vini amplius miscere cogit, quam quantum omnes qui adsunt convivæ, queant ebibere. Contendentes etiam sibi ipsi prorsus ignotos dirimit. Solet etiam viam præire, quam ignoret ipse: cujus quidem exitum mox invenire nequeat. Et ad ductorem exercitus accedens, rogare, ecquando sit aciem ad dimicandum instructurus: nec non quid in pe-

---

1 Sensus est, *dum in aliqua causæ circumstantia curiose nimis & anxie inhæret, & insistit*, h. e. ἔν τινι στὰς, *fit ut causa cadat, atque convincatur, cum alioqui secundum ipsum jus diceretur.* Itaque ἔν τινι στὰς, est *in aliqua re perstans, ibique pedem figens*, ita nos vulgo, *stare in aliqua re, To stand upon a Point.* Atque hic omnino est sensus hujus participii στὰς in hoc loco *Theophrasti.* Verbum etiam ἐλέγχεσθαι in usu forensi de personis potius quam de rebus adhiberi soleat; persona potius quam res ἐλεγχθῆναι, h. e. *refelli, convinci, refutari* dicitur; quod innumeris exemplis ostendi liceret. Ἐλέγχειν (inquit *Plato*) *est vincere disputantem certâ argumentatione*: ἐλέγχεσθαι *vinci. Duport.*

2 Loci hujusce, prout constituimus, sensus est——*Certantes, etiam sibi ipsi prorsus ignotos, dirimit. Solet etiam viam præire, cujus exitum mox dignoscere & invenire nequit.* Quæ ambo propria sunt hominis moleste seduli, & alienis rebus, ac jurgiis importunius se immiscentis. *Needh.*

3 Erranti comiter monstrare viam, inter juris naturalis dictata & præcepta est; at viam alteri præire quam ipse non nosti, hæc vero non humanitas est, sed inepta sedulitas. *Aristophanes Pluto,*

Οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα.

Hoc est quod in *Evangelio* per proverbium dicitur, τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖ *cæcus cæcum ducit, adeoque ἄμφω εἰς βόθυνον, ambo in foveam cadunt.*

4 Οὗ significat motum ad locum, ita certe *Euripides*——οὗ γῆς εἰσέδυ, *quo loci evanuit——in quam terræ partem penetravit?*

πορεύεται. καὶ τὴν στρατηγὸν προσελθὼν [1] ἐρωτῆσαι, πότε μέλλει παρατάττεσθαι, καὶ τί μετὰ τὴν αὔριον παραγγέλλει. καὶ προσελθὼν τῷ πατρὶ εἰπεῖν, ὅτι ἡ μήτηρ ἤδη καθεύδει ἐν τῷ δωματίῳ. καὶ ἀπαγορεύοντος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως μὴ δώσει οἶνον τῷ μαλακιζομένῳ, φήσας βούλεσθαι ἀμάπειραν λαμβάνειν, εὐτρεπίσαι τὴν κακῶς ἔχοντα. καὶ γυναικὸς δὲ τελευτησάσης, [2] ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα, τοῦ τε ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς μητρὸς, καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποταπή ἐστι. καὶ προσεπιγράψαι ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν. καὶ ὀμνύναι μέλλων, εἰπεῖν πρὸς τοὺς

rendinum diem imperet: & ad patrem veniens, *En*, inquit, *mater in cubiculo jam dormit*. Ac quum vini usum ægroto medicus interdixerit, solet hic illum quasi periculi faciendi causa ad bibendum componere. Quod si uxor obierit, monumento ejus & mariti & patris & matris ipsiusque uxoris nomina inscribet, itemque cujas ipsa sit: tum hoc elogium insuper adjiciet, *singulari omnes isti probitate erant*. Idem si jusjurandum adigatur, conversus ad circumstantem

---

1 Consilia ducum in bello arcana semper habita sunt; quamobrem ea scrutari, & curiose inquirere, inter indicia τῆς περιεργίας merito hic recensetur. *Duport.*

2 Hoc fieri solitum inter Græcos testatur aliquis *Callimachi* epigrammate quodam:

Τιμονόη τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας οὔ σ' ἂν ἐπέγνων,
Εἰ μὴ Τιμοθέου πατρὸς ἐπῆν ὄνομα
Στήλῃ, καὶ Μήθυμνα τεὴ πόλις.———

Plato in sua republica etiam legem hanc inter alias tulit, qua obviam iret nimiæ titulorum ambitioni & prolixitati, & inscriptionibus tumulorum modum & mensuram statueret, *viz.* Ne cui liceret tumulo cujusquam longiorem 4 versibus heroïcis titulum inscribere. De Leg. lib. 12.

ἐπιεικότας, ὅτι [1] καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκα.

ΚΕΦ. ιδ'.

ΠΕΡΙ ΑΝΑΙΣΘΗΣΙΑΣ.

ΕΣτι δὲ καὶ ἡ [2] ἀναισθησία, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, βραδυτὴς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν. ὁ δὲ ἀναίσθητος, τοιοῦτός τις οἷος [3] λογισάμενος ταῖς ψήφοις, καὶ [4] κεφάλαιον ποιήσας, ἐρωτᾷν τ

turbem, *Ego vero,* inquit, *jam ante ſæpius juravi.*

CAP. XIV.

DE STUPIDITATE.

STupiditatem quoque definire poſſis, *ut ſit animi tarditas, ſeu dicendum, ſeu faciendum ſit aliquid.* Stupidus vero is eſt, qui ſedens ad calculos, poſtquam rationes putavit, & ſummam ſubduxit, roget

---

1 Juramenti mos ſuſcipiendi vim præ nimio placendi ſtudio imprudenter imminuit; probabile enim eſt eum, qui ad eandem rem confirmandam ſæpius juraverit, haud magni facere juramentum.

2 Apud *Theophraſtum* ἀναισθησία eſt *ſtupiditas mentis,* apud *Ariſtotelem ſtupiditas ſenſuum,* ſive *ſtupor quidam, & hebetudo circa voluptates corporeas, quæ ſenſu, guſtu imprimis & tactu, percipiuntur.* Apud *Ariſtotelem* eſt vitium ἠθικὸν *morale,* at apud *Theophraſtum* eſt vitium διανοητικὸν *intellectuale, viz.* tarditas mentis ſeu intellectûs, nec ad mores pertinet.

3 Λογίζομαι eſt *calculum pono, rationes ſubduco, numerum ineo, Rom.* 8. 18. λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα &c. Vox ea λογίζομαι (inquit *Pareus*) *ſumitur a ſupputantibus, qui rationes ſuas in ſummam conferentes, eam definitam & certam habent.*

4 Κεφάλαιον proprie eſt vox rei ἀριθμητικῆς ſive λογιστικῆς, de numeris in unam ſummam collectis.

πρὸς ἑαυτὸν διαλογιζόμενον, [1] τί γίνεται; καὶ δίκῃ φεύγων, καὶ ταύτῃ [2] εἰσιέναι μέλλων, ἐπιλαθόμενος εἰς ἀγρὸν πορεύεσθαι. καὶ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ, μόνος καταλείπεσθαι καθεύδων. καὶ πολλὰ φαγὼν, καὶ τῆς νυκτὸς [3] ἐπὶ θάκον ἀνιστάμενος ἐπὶ κυνὸς τῆς τοῦ γείτονος δηχθῆναι. καὶ λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτὸς, τοῦτο ζητεῖν, καὶ μὴ δύασθαι εὑρεῖν. καὶ ἀπαγγέλλοντός τινος αὐτῷ ὅτι τετελεύτηκέ τις αὐτοῦ τῶν φίλων, ἵνα [4] συγγένηται, σκυθρωπάσας καὶ δακρύσας, εἰπεῖν,

eum qui ſibi aſſidet, ſumma quanta eſt? Ac quum ei litem aliquis intenderit, ubi ad diem illum ventum eſt, quo diſceptari cauſa debet, ejus oblitus, in agrum proficiſcitur. Sæpe etiam ſedens in theatro ad ſpectandum, diſcedentibus aliis ſomno obrutus ibi relinquitur. Idem quum ſe cibis ingurgitârit, noctu ſurgens, ut ad ſellam eat, in vicini canem incidit, à quo mordetur. Idem quod acceperit ipſe ac recondiderit, id ipſum quærere ſolet, reperire autem non poteſt. Quumque nuntiatur illi obiiſſe aliquem ex familiaribus ipſius, ut veniat exequias, tum ille vultu ad mœſtitiam compoſito, la-

---

1 Aſſidentem interrogat, *quid fit?* h. e. *quid emergit? quanta ſumma eſt, quæ ex horum numerorum conjunctione accreſcit, & colligitur?* Etiam nos (in communi noſtra loquendi conſuetudine) imperitiam numerandi ſignum facimus ſtultitiæ.

2 Dicitur εἰσιέναι τὴν δίκην, is qui admittitur ad cauſam apud judicem dicendam, ſive conjiciendam, ut veteres loquebantur.

3 *Surgens ad ſellam*, i. e. ſurgens ut ad ſellam eat, h. e. ad foricam, ad requiſita naturæ, ad deponendam ventris ſaburram.

4 Nempe ut funeri operam det, ſicut mos erat olim venire ad amicorum defunctorum συγγένειαν. Ea συγγένεια trium fere dierum erat; etſi lege *Solonis* unus illi dies tantum præfinitus erat.

[1] Ἀγαθῇ τύχῃ. δεινὸς δὲ καὶ, ἀπολαμβάνων ἀργύριον ὀφειλόμενον, [2] μάρτυρας ποιεῖσθαι λαβεῖν. καὶ χειμῶνος ὄντος μάχεσθαι τῷ παιδὶ, [3] ὅτι σικύους οὐκ ἠγόρασε. καὶ τοὺς παιδία ἑαυτῷ παλαίειν ἀναγκάζων, καὶ [4] τροχάζειν, καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν. καὶ ἐν ἀγρῷ αὐτοῖς φακῆν ἕψων, δὶς ἅλας εἰς τὴν χύτραν ἐμβαλὼν, ἄβρωτον ποιῆσαι. [5] καὶ ὕοντος τοῦ Διὸς, εἰπεῖν, ἡδύ

chrymas etiam fundens, *Bene*, inquit, *eveniat*. Debitas autem pecunias recipiens, teſtes ſibi adſciſcit. Et vigente hyeme, cum famulo, quod cucumeres non emerit, jurgatur. Puerulos quinetiam ſuos ut lucta ſe exerceant, curſu contendant, uſque ad fatigationem cogere ſolet. In agro lentem ipſe coquens, ſale bis in ollam injecto, ut mandi nequeat, efficit. Cumque a Jove pluit, *Sane quam*, in-

---

1 Contrarium oportuit, nollem factum, aut, moleſtè fero, abſurde igitur formulam uſurpat, cujus uſus ſolummodo in re lætâ ſuſcipitur. *Caſaub.*

2 Quos adhibere tunc tantum debuit cum nummos perſolveret, aut mutuo daret, nempe ne illi, quibus perſolverit, inficias forte irent ſe numeratam ſummam accepiſſe. *Fellus.*

3 *Puerum objurgat, vigente hyeme, quod cucumeres non emerit*: cum intempeſtivi ſunt hi fructus brumali tempore, nec niſi æſtate, ſeu autumno parabiles. Hinc Σίκυοι ἐν χειμῶνι, *cucumeres in hyeme*, proverbialiter dicere licet de re abſurdâ & intempeſtivâ.

4 Pueros in Gr. rotâ ſe exercuiſſe certum eſt, & parum abeſt quin exiſtimem, id genus exercitii *Theophraſto* per τροχάζειν deſignatum hoc in loco, rotam ſcilicet ſcuticâ circumagere.

5 Loco huic deſperato medicam manum adhibere non dubitavit eruditiſſimus *J. Clericus*, *Artis Criticæ*, P. 3. S. 1. C. 5. N. 3. Sic ſupplevit—ἡδύ γε τῶν ἄστρων φῶς. καὶ νύκτα αἰθρίαν νομίζειν, ἥντινα οἱ ἄλλοι λέγουσι μηλάντερον πίσσης.—*jucunda eſt aſtrorum lux*,

γε τῶν ἄστρων νομίζει, ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι πίσσης. καὶ λέγοντός τινος, πόσους οἴει κατὰ τὰς [1] Ἠρίας πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς; πρὸς τοῦτον εἰπεῖν, ὅσοι [2] ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο.

quit, *siderum aqua suavis mihi videtur*. . . . Rogatus ab aliquo, Ecquot putet sepulchrali porta elatos mortuos? *Quot utinam*, respondens ait, *ego & tu haberemus*.

& serenam noctem putare, quam alii dicunt pice atriorem. Ut supplementi nostri singulas partes confirmemus; postquam vidimus mentionem fieri *pluentis Jovis*, facile est intelligere ei opponi serenum cœlum, & quidem, si de nocte sermo sit, ut est hic sine dubio, nisi astra interdiu fulgere putemus; ἡδύ γε ἄστρων, *jucundum astrorum*,——Quid tandem? φῶς, *lumen*, nulla enim alia re stellæ jucundæ sunt. At qualem noctem esse oportet, ut lux astrorum fulgeat? nimirum, αἰθρίαν, *serenam*, nam αἴθριος Ζεὺς opponitur τῷ ὕοντι. *Theocritus Idyllio* 4.

Χ' ὡ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

Jupiter interdum serenus est, interdum vero pluit.

Pro νομίζει scribere necessario oportet νομίζειν, ut εἰπεῖν. nam solet hæc omnia *Theophrastus* infinitivo exprimere, subintellectis vocibus δεινὸς aut οἷος. ἥντινα legimus, pro vocibus nihili ὅτι δὴ καὶ, ita postulante orationis serie. Denique μελαντέραν supplevimus, ob vocem πίσσης, cum ex ipsa rei natura, tum quia Græci ita loqui solebant.

1 Ἱερὰς malè; quippe cadavera nunquam per *Portam Sacram* efferri solebant.

2 Lingua enim tardam hominis mentem præcurrit. Cum igitur proverbialis esset locutio de iis, quorum copiam magnam indicare volebant, tot esse quot sint in orco mortui; stupidus iste postquam audiit magnum esse mortuorum numerum, optat tantam sibi copiam, non mortuorum quidem, sed alius cujusvis rei bonæ, puta, nummorum; imo ipse quoque, qui est ejus stupor, quid dicat aut optet, non satis scit. *Casaub.*

ΚΕΦ. ιε'.

ΠΕΡΙ ΑΥΘΑΔΕΙΑΣ.

Ἡ δὲ [1] αὐθάδεια, ἔστιν ἀπλύνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις. ὁ δὲ αὐθάδης, τοιοῦτός τις, οἷος ἐρωτηθεὶς, ὁ δεῖνά πῦ ἔστιν; εἰπεῖν, πράγματά μοι μὴ παρέχε. καὶ πρασαγορευθεὶς, μὴ ἀντιπροσειπεῖν. πωλῶν τι, μὴ λέγειν τοῖς ὠνουμένοις, πόσου ἂν ἀποδοῖτο, ἀλλ' ἐρωτᾶν [2] τί εὑρίσκει. καὶ τοῖς [3] τιμῶσι, καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς, εἰπεῖν, ὅτι

CAP. XV.

DE CONTUMACIA.

COntumacia *eſt verborum in congreſſionibus & vitæ quotidianæ uſu duritas.* Homo contumax ita eſt comparatus, ut ſi quis ex ipſo ſciſcitetur, Ubi eſt ille? reſpondeat, *Ne ſis mihi moleſtus.* Salutatus, ſalutare invicem negligit. Cumque aliquid vendit, non dicit, quantum emptori dandum ſit, ſed interrogat, quod pretium inveniet. Et illis, qui eum honorant, & munera ei mittunt ad feſta,

---

1 Αὐθάδειαν certè vulgo verterem *ſurlineſs*; αὐθάδης propriè *ſibi placens*, qui nemini placet, nec placere ſtudet, præterquam ſibi; Unum hoc eſt ex iis vitiis, quod ab Epiſcopo ſummovet Doctor Gentium, *Tit.* 1. 7.

2 Τί εὑρίσκει ad verbum, *quid invenit*? h. e. quid pretium invenit? quo pretio digna eſt? Eundem vel certe non abſimilem hujus verbi uſum videor mihi obſervaſſe in lingua noſtra vernacula. Ita enim loqui ſolemus de re quapiam, *it will find one bread, or find one book*; ex cujus ſcilicet valore ac pretio tantum conficere poſſumus, quantum ad emendos panes vel libros ſufficiat. Hinc εὕρημα, pro *lucro*.

3 Τοῖς τιμῶσι, ſcilicet αὐτὸν. αὐθάδης enim aſpernatur dona & munera amicorum, quibus honorem ei habent; ἰδιωτὰς, privatas, quales in unaquaque familia, & gente.

οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα. καὶ οὐκ ἔχων συγγνώμην οὔτε τῷ ἀπώσαντι αὐτὸν ἀκουσίως, οὔτε τῷ ὤσαντι, οὔτε τῷ ἐμβάντι. καὶ φίλῳ δὲ [1] ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν, εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν δοίη, ὕστερον ἥκειν φέρων, καὶ λέγειν [2] ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον. καὶ προσπταίσας ἐν τῇ ὁδῷ, δεινὸς καταράσασθαι τῷ λίθῳ. καὶ ἀναμεῖναι οὐκ ἂν [3] ὑπομεῖναι πολὺν χρόνον οὐδένα. καὶ οὔτε ᾆσαι, οὔτε [4] ῥῆσιν εἰπεῖν, οὔτε ὀρχήσασθαι

dicere, *mallem non fuisse data.* Si quis illum, vel invitus, aut expulerit, aut pepulerit, aut pede presserit, non est exorabilis. Et cum amico dixerit, collationem pecuniæ ab ipso petenti, nihil se daturum, postea ipse ultro afferet, dicetque, *Velle se hanc quoque pecuniam perdere.* In via si ad lapidem offenderit, maledicet illi. Et ut aliquando subsistat alicujus exspectandi causa: nunquam tamen diutius cuiquam præstolabitur. Idem, ut cantet in convi-

---

1 Quoties dictio ἔρανος occurrit, semper referri debet ad pulcherrimum & vere pium Græcorum morem pauperes sublevandi amicos. Fuit enim apud illos moribus receptum, ut cum adversam fortunam passus esset aliquis, amicorum atque sodalium facultatibus sublevaretur. Hanc stipem collatitiam vocabant ἔρανον, & factum ipsum ἐρανίζειν. *Casaub.*

2 Periisse sibi credunt sordidi & superbi donatores, quicquid amicis impenderint; cum contra (ut *Martialis* optime monet)

Extra fortunam est, quicquid donatur amicis;
Quas dederis, solas semper habebis opes.

At qui ægre & reluctanti animo beneficium dat, ἀπέχει τὸν μισθὸν, (ut ait Salvator) imo ἀπόλλυσι τὸν μισθὸν, *mercedem habet,* immo *mercedem amittit,* perdit & donum & doni gratiam.

3 Male προσμεῖναι, nam προσμένω semper cum dativo jungitur, accusativo nunquam; ut *cap.* 5. *Mathæi com.* 32. ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, & alibi in *Novo Fœdere.*

4 ῥῆσις est *celebre dictum* sive *sententia,* quæ profertur ex aliquo

ἂν ἐθελῆσαι. [1] δεινὸς δὲ καὶ τοῖς θεοῖς μὴ ἐπεύχεσθαι.

ΚΕΦ. ιϛ΄

ΠΕΡΙ ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙΑΣ.

Α Μέλει ἡ δεισιδαιμονία δόξειεν ἂν δειλία τις εἶναι πρὸς τὸ δαιμόνιον. ὁ δὲ δεισιδαίμων, τοιοῦτός τις, οἷος [2] ἀπονιπτόμενος τὰς χεῖρας, καὶ περιῤῥαν-

viis, aut vice ſua recitet, aut ſaltet, adduci non poteſt. Poſtremò Diis ipſis vota facere non curat.

CAP. XVI.

DE SUPERSTITIONE.

SUperſtitionem ſane definire poſſumus, *meticuloſum erga numen affectum.* Superſtitioſus vero is eſt, qui elotis manibus, & aqua luſtrali aſperſus è

---

auctore & poeta; & ᾄσται ἐν τοῖς eſt *canere* aut *recitare oblectationis cauſa.* Ita enim antiquitus in conviviis mos erat.

1 Hic de contemptu Deorum agitur & ſic apparet, quàm malè viri eruditi ſuperiora verba καὶ τοῖς τιμῶσι &c. interpretantur.

N. B. Reliqua pars hujus libelli deeſt in omnibus MSS. quibus uſi ſumus (inquit *Needh*) præter unicum illum codicem, qui aſſervatur in Bibliotheca *Coll. SStæ Trinitatis.* Nam in MSS. A. B. & D. in quibus *Theophraſti Characteres* media in pagina deſinunt, ſtatim alia diverſorum auctorum opera ſubjunguntur. In C. vero & E. poſt caput iſtud 15. finis operi imponitur, hiſce verbis, ——*Τέλος τῶν Θεοφράστου Χαρακτήρων.* Et in Codice ſignato E. ſequitur inepta iſta coronis, quam ex Palantino MS. dedit *Caſaubonus*, ſub finem *Commentarii.*

2 Valde religioſos, vel potius ſuperſtitioſos, fuiſſe Gentiles in lotione manuum, ex veterum monumentis paſſim conſtat; unde illud, ἄρισον μὲν ὕδωρ. Hinc ſemper priuſquam rem ſacram facerent, ad teſtandam puritatem, manuum lotione utebantur. In limine ſeu veſtibulo templi vas erat aqua luſtrali plenum,

μενος [1] ἀπὸ ἱεροῦ, [2] δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν, οὕτω τὴν ἡμέραν περιπατεῖν. καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν παραδράμῃ [3] γαλῆ, [4] μὴ πρότερον πορευθῆναι, ἕως [5] διεξέλθῃ

templo, folium lauri ore prehensum tenens, integrum diem ita ambulet. Si viam mustela eo ingrediente transcurrerit, non ante progredietur quam

---

qua ingredientes in templum seipsos aspergebant, vel etiam a sacrificulis aspergebantur. Ritum hunc Ethnicorum, prout alios complures, in sacra sua traduxerunt Pontificii. Vas περιῤῥαντήριον dicebatur ab *aspersione*; sed & ipsum instrumentum, quo facta est aspersio, *aspergillum*; erat autem vel titio ardens ab ara sumptus, & in vas lustrale intinctus; vel etiam ramus arboris, laurûs puta aut olivæ. *Duport.*

1 Απὸ ἱεροῦ i. e. γινόμενος, inquit *Duportus*: ita ut nihil opus sit addi ἐλθὼν, aut quid ejusmodi.

2 Δάφνης λαβὼν, *lauro in os accepta.* Cum genitivo participium, ut οἴνου πιὼν, ἄρτου φαγὼν, & similia passim, de vino, de pane, aliquid, partem. Multiplex lauri usus apud veteres, tum in triumphis, tum etiam in oraculis & vaticiniis. Ideo superstitiosus laurum in os acceptam tenet, quod credat ei inesse vim quandam ἀλεξίκακον *ad malum averruncandum*; unde laurum pro foribus statuere, & baculum laureum manibus gestare solebant veteres. *Duport.*

3 Quod γαλῆ malum augurium faceret, inter alias hanc quoque causam *Artemidorus* affert, quia sit voci δίκη ἰσόψηφος quod ita est; nam si utriusque dictionis litteras ad calculum voces, redibit par summa 42. id autem est quod Græci intelligunt, cum dicunt duo vocabula, aut duos versus, esse ἰσόψηφα.

4 Suspectus mihi est vitii hic locus, quoniam nemo ex Atticis scriptoribus, quantum memini, usurpat πρότερον ἕως, sed πρότερον ἢ pro *Priusquam* vel *ante quam* ut vertit *Casaubonus.* Ita certe *Plato* de Leg. πρότερον ἢ καθαίρηται, *antequam purgetur.* Censeo legendum μὴ προτέρω πορευθῆναι, ἕως διεξέλθῃ τὶς, *non ulterius progredietur, usque dum alius transierit.* Ita opinor, & constructioni, & sententiæ optimè consulitur. *Needham.*

5 Qui videlicet omen luat, & quod mali portendebat felis transcursus, id ipse subeat.

τὶς, ἢ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ [1] διαλάβῃ. καὶ ἐὰν ἴδῃ [2] ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, [3] ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. [4] καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς τριόδοις, παριὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν· καὶ ἐπὶ γόνατα

alius prior transierit, aut ipse tres lapides trans viam miserit. Serpentes si viderit in ædibus, sacellum eo loco extruet. Lapides unctos, qui sunt in triviis, solet oleo ex ampulla perfundere, nec prius discedere, quam posito genu eos fuerit vene-

---

1 Malè διαβάλῃ; διαλάβῃ λίθους autem est *lapides in via certo ordine disponere*, ominis causâ, ad malum omen averruncandum; cum enim infaustum & inauspicatum animal iis occurreret, solebant lapides in via erigere ad avertendum omen. *Casaub.*

2 Constat ex *Ciceronis* libro primo de *Divinatione* & multis aliis auctoribus, serpentem vidisse in ædibus aut in itinere, triste auspicium fuisse. Solebant autem loca, in quibus monstra fuerant visa, religiosa fieri; ut in eo loco, qui fulmine tactus esset, observabant; quem locum Romani, ut notum est, *bidental*, quod bidentibus ibi fieret, appellabant. Porro serpentes fere per impluvium e tectis descendebant in ædes, & ibi soliti conspici. Sic *Terentius Phormione* Act. 4.

Anguis per impluvium decidit de tegulis.

3 Ædiculas & oratoria & sacella multiplicare, superstitiosorum hominum mos est; quare & hanc legem inter alias habet *Plato* de Leg. l. 10. in fine, sacella nemo in privatis Ædibus habeat, Ἱερὰ μηδὲ εἷς ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἐκτήσθω· ibidemque muliercularum & fanaticorum hominum δεισιδαιμονίαν taxat, qui fana & delubra & sacella & altaria, vana religione commoti, in quavis platea, & domo, & in omni trivio extruebant, quovis somnio nocturno territi, aut viso diurno.

4 Lapides ungere, vel unctos lapides adorare, per proverbium dici videtur de homine superstitioso. Vide *Clem. Alex.* Strom. L. 7. de superstitione Gentium. Gentiles olim in more habuisse statuas & dolatos lapides, alios etiam sæpe nudos & impolitos inungere, eosdemque postea colere & adorare, multa probant exempla ex Ethn. libris desumpta; nec mirum eos unctos lapides adorasse, cum & summum eorum Numen, Jovem scilicet ipsum in lapide coluerint, & *Jovem Lapidem* religiosè juraverint.

πεσὼν καὶ προσκυνήσας, ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, [1] πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν, ἐρωτᾷν τί χρὴ ποιεῖν· καὶ ἐὰν ἀποκρίνηται αὐτῷ ἐκδοῦναι τῷ σκυτοδέψῃ ἀπορράψαι, μὴ προσέχων τούτοις, ἀλλ' ἀποτραπεὶς ἐκδύσασθαι. καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθαριεῖν· καὶ οὔτε [2] ἐπιβῆναι μνήματι, [3] οὔτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, οὔτε ἐπὶ λέχει. καὶ ὅτ' ἂν

ratus. Quod si mus forte farinæ follem arroserit, adit ad interpretem, & quid facto sit opus eum percontatur: qui si respondeat, cerdoni nimirum tradendum esse illum follem, ut sartiatur; superstitiosus iste, neglecto arioli responso, religioni rem habens, exinanitum saccum à se amolietur. Solet etiam domum crebro purificare; sepulchrum nullum insistere; ad defunctorum justa nullus accedere; neque item ad ullam unquam puerperam. Insom-

---

1 Hos ἐξηγητὰς adire & consulere solebant homines superstitiosi, de eventu ominis aut auspicii cujuscunque, siquid ipsis sinistrum & infaustum portendi videretur. Lepide autem hîc deridet *Theophrastus* superstitionem hujus hominis, qui cum hariolum interrogaret, quid facere debeat postquam follis seu saccus farinæ a mure fuisset corrosus, respondet ille sutori, seu potius cerdoni, illum esse tradendum ut resarciatur.

2 Magna apud antiquos circa mortuos superstitio fuit, tam Græcos, quam Romanos, quæ ex κακοζηλίᾳ quâdam, & perversâ imitatione legis Mosaicæ, orta & derivata est: apud Judæos enim sub veteri lege, quisquis cadaver hominis tetigerat, pro immundo & polluto habebatur 7 diebus, & aspergendus erat aquâ aspersionis; *Num.* 19. ὁ ἁπτόμενος τοῦ τεθνηκότος παίσης ψυχῆς ἀνθρώπου, ἀκάθαρτος ἔσται ἑπτὰ ἡμέρας. Ominosum erat mortuum tangere, immo domum funestam ingredi, adeo ut mirum quantum formidarint busta aut sepulchra; *Gellius* de flamine Diali; *Locum, in quo bustum est, nunquam ingreditur, mortuum nunquam attingit. Duport.*

3 Etsi his pollutionibus & purificationibus non minus Judæi, quam Ethnici strictam præstabant observantiam; attamen hæc

[1] ἐνύπνιον ἴδῃ, πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκρίτας, πρὸς τοὺς μάντεις, πρὸς τοὺς ὀρνιθοσκόπους, ἐρωτήσων τίνι θεῷ ἢ θεᾷ προσεύχεσθαι δεῖ. καὶ τελεσθησόμενος, πρὸς τοὺς [2] Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι μετὰ τῆς γυναικός. ἐὰν δὲ μὴ σχολάζῃ γυνὴ, μετὰ τῆς τίτθης καὶ τῶν παιδίων. καὶ ἐπὶ [3] ταῖς τριόδοις

nium porro si viderit, pergere ille ad somniorum interpretes, ad divinos, ad augures, scitaturus, cui deo, cui deæ vota sint facienda. Et ut sacris initietur, ad Orpheotelestas singulis mensibus cum uxore, aut si uxori non vacet, cum nutrice & filiolis suis, itat. Præterea in compitis, antequam inde

---

observantia inter Judæos nequaquam superstitiosa fuit, ideoque eorum religionis pars fuit essentialis. Sed inter Ethnicos harum cærimoniarum observantia profluxit ex animo superstitioso, iis enim nulla imposita fuit obligatio a legibus divinis, ad tales præstandos ritus, cærimoniasque.

1 Mos erat apud antiquos, postquam triste aliquod somnium viderant, sacra facere, ad placandum numen, & averruncandum omen, quia scilicet insomnia θεόπεμπτα, *divinitus missa*, videbantur, juxta illud Poetæ,

——Καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι.

Immo tanta fuit fides somniorum, ut de somno Deum fecerint, nomine *Morpheum*. Ea somnia modò vera putabantur, quæ post mediam noctem viderentur; *Horatius*,

Post mediam noctem visus, cum somnia vera.

2 *Orpheus* genus quoddam initiorum in Græciam invexit, quod Ὀρφικὰς τελετὰς vocabant, & qui illa docerent Ὀρφεοτελεστάς, ait autem κατὰ μῆνα quia circa finem cujusque mensis videntur soliti initiari Athenienses. *Casaub.*

3 Notum est in trivlis & compitis sacra *Hecatæ* olim fieri solita; eodem etiam moris fuit τὰ καθάρματα & purgamenta urbium projicere. Nam ἐπὶ ταῖς τριόδοις, idem quod ἐν ταῖς τριόδοις, idque jungendum arcte cum κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι, ut sic ἀπολύειν significet tempus, quo caput lavat superstitiosus: discedens e compito, caput prius sibi lustrat; quia scilicet καθάρματα & purgamenta omnia jacebant in compitis, iisque nihil contaminatius est.

ἀπελθὼν χύτ' κεφαλῆς λύσασθαι· καὶ ἱερείας καλέσας, [1] σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεῦσαι αὐτὸν περιαθῆραι. μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον, φείξας εἰς κόλπον πτύσαι.

ΚΕΦ. ιζ'.

ΠΕΡΙ ΜΕΜΨΙΜΟΙΡΙΑΣ.

Ἔστι δὲ ἡ μεμψιμοιρία, ἐπιτίμησις πρὸς τὸ παρὸν λελυπῆσθαι δεδομένη. ὁ δὲ μεμψίμοιρος, τοιόσδέ τις, οἷος, [2] ἀποστείλαντος μερίδα τῷ

discedat, aqua in caput aspersa se lustrat: Piatricibus quin etiam ascitis, jubet se squillæ aut catuli circumlatione purgari. Quod si quem mente captum aut comitialem viderit, solet inhorrescens in sinum sibi despuere.

CAP. XVII.

DE QUERELA, *Sive*, Iniqua Querulitate.

QUerela iniqua, *est expostulatio nullo jure facta.* Hominis autem queruli mores istiusmodi sunt, ut si ad eum amicus portionem aliquam è

---

1 Tangit duplicem veterum consuetudinem expiandi lustrandique se; altera erat, circumacta circum corpus scilla; altera, catulo similiter circa corpus ducto. Hoc enim significat περιαθῆραι; quod verbum significat applicare aliquid corpori, expiandi causâ, idque in orbem ducere. *Virgilius*,

Idem ter socios pura circumtulit unda.

Ad quem locum *Servius*; *circumtulit, purgavit. Antiquum verbum est.*

2 Convivæ olim è convivio apophoreta referebant; etiam Romanis mos fuit de mensa aliquid mittere amicis, imo vero etiam Judæis, aliisque gentibus Orientis eundem morem in usu fuisse testantur literæ sacræ priore *Samuelis*, capite primo, com. 4, 5.

φίλῳ, εἰπεῖν πρὸς τὸ φέροντα, ἐφθόνησάς μοι τοῦ ζωμοῦ, καὶ τοῦ οἰναρίου, οὐκ ὀπὶ δεῖπνον καλέσας. καὶ ὑπὸ τοῦ ἑταίρας καταφιλούμενος, εἰπεῖν, θαυμάζω εἰ σὺ καὶ ἀπὸ ψυχῆς με φιλεῖς. καὶ τῷ Διὶ ἀγανακτεῖν, ὅ διότι ὕει, ἀλλὰ διότι ὕστερον. καὶ εὑρών τι καὶ ἐν τῇ ὁδῷ βαλάντιον, εἰπεῖν, ἀλλ' οὐ θησαυρὸν εὕρηκα ὅδέποτε. καὶ πριάμενος ἀνδραπόδιον ἄξιον, καὶ πολλὰ δεηθεὶς τοῦ πωλοῦντος, θαυμάζω, εἰπεῖν, ὅ τι ὑγιὲς οὕτω ἄξιον ἐώνημαι. καὶ πρὸς τὸ εὐαγγελιζόμενον, υἱός σοι γέγονεν, εἰπεῖν, ὅτι ἂν προσθῇς, καὶ τὸ ὑσίας τὸ ἥμισυ ἄπεστιν, ἀληθῆ ἐρεῖς. καὶ δίκῃ νικήσας καὶ λαβὼν πάσας τὰς ψήφους, ἐγκαλεῖν τῷ γεγράφατι τὸν λόγον, ὡς πολλὰ παραλελοιπότι τῶν δικαίων. καὶ ἐράνῳ εἰσενεχθέντος παρὰ τῶν φίλων,

convivio miſerit, dicat ei qui afferat, *Hoc illud eſt quod ego ad canam non ſum vocatus: invidiſti nimirum mihi juſculum & villum tuum.* Et cum illum amica etiam & etiam ſuaviatur, *Miror*, inquit, *ſi tu ex animo iſta mihi des baſia.* Jovi ſuccenſet, non quia pluit, ſed quia ſerius pluit. Cumque in via crumenam invenit, Ego vero, ait, theſaurum nullus unquam reperi. Similiter quum parvo mancipium emerit, utpote exorato multis precibus venditore, *Mirum ſane*, inquit, *ſi tantulo quicquam emerim, quod ſit alicujus pretii.* Jam ſi quis lætum illum nuncium ipſi afferat, Filiolo, inquiens, auctus es: *Adjice*, ait ille, *Et dimidia bonorum pars tibi periit, tum quod res eſt dixeris.* Idem poſtquam in judicio omnium calculis vicit, nihilominus tamen de eo conqueritur, qui orationem ſcripſit quam pro ſe habuit, ut qui multa ipſius juſta omiſerit. Jam ſi ad ſublevandam ipſius

καὶ φήσαντός τινος, ἱλαρὸς ἔστω· καὶ πῶς, εἰπεῖν· ὅτι δεῖ τὸ ἀργύριον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ, καὶ χωρὶς τόκων, χάριν ὀφείλειν ὡς εὐεργετημένον.

ΚΕΦ. ιή.

ΠΕΡΙ ΑΠΙΣΤΙΑΣ.

Ἔστιν ἀμέλει ἀπιστία, ὑποληψίς τις ἀδικίας πάντων. ὁ δὲ ἄπιστος, τοιοῦτός τις, οἷος, ὀψωνήσοντα παῖδα ἀποστείλας τὴν παῖδα ὀψωνήσοντα, ἕτερον παῖδα πέμπειν πευσόμενον πόσου ἐπρίατο. καὶ φέρων αὐτὸς τὸ ἀργύριον, τὴν ῥάδιον ἀριθμεῖν πόσον ἐστί. καὶ τὴν γυναῖκα τὴν αὑτῷ ἐρωτᾶν κατακείμενος, εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτόν, καὶ εἰ σεσήμανται τὸ κοιλιδόχιον, καὶ εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται· καὶ ἐὰν ἐκείνη

egestatem amici pecunias contulerint: & dicat deinde aliquis, nunc esto hilaris: *Quo pacto esse possum?* inquiet: *cum & singulis sua sit pecunia reddenda: & hæc amplius gratia cuique tanquam pro accepto beneficio habenda?*

CAP. XVIII.

DE DIFFIDENTIA.

DIffidentia *est per quam omnes fraudis suspectos habemus.* Diffidens autem is est, qui si ad emenda obsonia puerum miserit, alium mox mittat, qui percontetur quanti emerit. Si ferat ipse pecunias, solet eas singulis stadiis numerare. Cubans in in lecto, uxorem interrogat, an capsam bene clauserit: an probe sit arca obsignata: an vestibuli foribus pessulus sit obditus: ac licet affirmet illa, nihilo tamen secius nudus ac discalceatus è lecto surgens,

φῇ, μηδὲν ἧττον αὐτὸς ἀναςὰς γυμνὸς ἐκ τῶν ςρωμάτων, καὶ ἀνυπόδητος, τὸ λύχνον ἅψας, ταῦτα πάντα περιδραμὼν ἐπισκέψασθαι, καὶ οὕτω μόλις ὕπνου τυγχάνειν. καὶ τοὺς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν τοὺς τόκους, ὅπως μὴ δύναιντο ἔξαρνοι γενέσθαι. καὶ τὸ ἱμάτιον δὲ ἐκδοῦναι δεινὸς, οὐχ ὡς τὰ βέλτιςα ἐργάσεται, ἀλλ' ὅτ' ἂν ᾖ ἄξιος ἐγγυητὴς τοῦ κναφέως. καὶ ὅτ' ἂν ἥκῃ τὶς αἰτησόμενος ἐκπώματα, μάλιςα μὲν μὴ δοῦναι. καὶ τὸ παῖδα δὲ ἀκολουθοῦντα κελεύειν αὐτοῦ ὄπισθεν μὴ βαδίζειν, ἀλλ' ἔμπροσθεν, ἵνα φυλάττηται αὐτῷ, μὴ ἐν τῇ ὁδῷ ἀποδράσῃ. καὶ [1] τοῖς εἰληφόσι τὶ παρ' αὐτοῦ καὶ λέγουσι, πόσου, κατάθου· [2] οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν.

accensa lucerna, obire singula & inspicere pergit, ac vix ita tandem somno se dedere. Ad debitores suos fœnus sortis exacturus, cum testibus accedit; ne inficias videlicet ire possint. Vestem poliendam, dealbandamque, non ei dare solet, qui fullo sit optimus; sed ei qui fidejussorem det idoneum. Quod si quis pocula ab ipso commodato roget, solet ille maxime quidem, non dare: *aut si quando det, continuo repetere.* Puerum à pedibus jubet non à tergo sequi, sed ante se ambulare: ne possit ille inter eundum fugam capessere, hac ratione cavens. Postremo iis qui cum aliquid ab ipso sumpserint, dicunt illi, *Refer in rationes: Imo,* ait, *depone: non enim vacat mittere flagitatum.*

---

1 Ita legendum esse suspicor, καὶ τοῖς εἰληφόσι τὶ παρ' αὐτοῦ, καὶ λέγειν, πόσου κατάθου· οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν. *& illis, qui aliquid emerunt ab eo, dicere, tantum solve; non enim servum flagitatorem mittere vacat.* Sic omnia sunt aperta.

2 Hæc intelligi debent de eo servo, quem e re Græci ἀπαι-

ΚΕΦ. ιθ'.

ΠΕΡΙ ΔΥΣΧΕΡΕΙΑΣ.

ΕΣτὶ δὲ ἡ δυσχέρεια, ἀθεραπευσία σώματος, λύπης παρασκευαστική. ὁ δὲ δυσχερὴς, τοιοῦτός τις, οἷος λέπραν ἔχων καὶ ἀλφὸν, καὶ τοὺς ὄνυχας μεγάλους, περιπατεῖν· καὶ φῆσαι ταῦτα εἶναι αὐτῷ συγγενῆ ἀῤῥωστήματα, καὶ τὸν πατέρα ἔχειν καὶ τὸν πάππον. ἀμέλει δὲ δεινὸς καὶ [1] ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις, καὶ προσπταίσματα ἐν τοῖς δακτύλοις, καὶ ταῦτα

CAP. XIX.

DE FOEDITATE.

FOEditas *est corporis incuria & illuvies hominibus molesta.* Homo fœdus is est, qui lepra & vitiligine laborans, unguesque habens prælongos, inter homines versetur; ac dicat gentileis sibi esse hos morbos; nam & patrem & avum fuisse eis obnoxios. Solet etiam, ulcera in tibiis & in digitis tubercula habens, nullam iis medicinam facere; sed sinere

---

τητὴν, Latini *flagitatorem* dixerunt; ceu debitarum hero suo pecuniarum exactorem; eum vero qui publico debita exigebat, διαγραφάριον aliquando Græci dixerunt; auctor *Hesychius. Casaub.*

1 Videtur hæc δυσχέρεια frequens per illa tempora Athenis fuisse; ut merito *Theophrastus* hanc notam non prætermiserit. Nam etiam apud *Aristophanem* in *Equitibus*, Act. 2. quo loco certant adulationis certamen *Cleon* & *Agoracitus*, fartor ille impurus pyxidem unguenti pollicetur istiusmodi hominibus, quibus tibiarum ulcera inungant,

Ἐγὼ δὲ, inquit, κυλίχνιόν τέ σοι καὶ φάρμακον δίδωμαι,
Τὰ ἐν τοῖσιν ἀντικνημίοις ἑλκύδρια περιαλείφειν.

μὴ θεραπεῦσαι, ἀλλ' ἐᾶσαι θηριωθῆναι. καὶ τὰς [1] μασχάλας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄχεις ὅτι πολὺ τῶν πλευρῶν· καὶ τοὺς ὀδόντας μέλανας καὶ ἐσθιομένους, ὥστε δυσέντευκτος εἶ καὶ ἀηδής. καὶ τὰ τοιαῦτα· [2] ἐσθίων ἀπομύττεσθαι· θύειν ἀρξάμενος, προσλαλεῖν, καὶ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος· ἅμα πιεῖν, προσερυγγάνειν· ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι· ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν ἀναβαλλόμενος, [3] εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν. καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου δὲ μητρὸς ἐξελ-

donec incurabilia reddantur. Axillas ferarum more hirsutas, pilis magnam laterum partem occupantibus, habet: Dentes vero nigros atque exesos, ut molestus sit & insuavis cum eo congressus. Eidem hæc quoque conveniunt: nares inter comedendum mungere: & cum edere inceperit, colloqui, & ex ore quædam emittere: inter bibendum eructare: oleo in balneis uti rancido: idemque in forum, veste amictus quæ sit maculis inquinata, prodibit. Quumque ad aruspicem mater exierit, linguæ interea non favere, neque à malis verbis se abstinere moris

---

1 Non temere hæc dicit *Theophrastus*; invalnerat enim tunc temporis mos hic apud Athenienses, sane δυσχερὴς & fœdus. Multi igitur quo magis viri fortes viderentur, & ab omni molitie alieni, studuerunt hirsuti esse sub axillis. Nam cum in concionem venerant, in suffragiis ferendis, partem illam denudabant, ut posset ab omnibus, postquam manum aut brachium sustulerant, conspici. *Casaub.*

2 Pro ἐσθίων ἀπομύττεσθαι legi potest ἐσθῆτι, *veste nares emungere*, quod rusticis & fœdis hominibus etiamnum solenne est.

3 In hoc est ἀστεϊσμὸς· nam veteribus in foro honeste vestiri moris erat; domi, quod satis esset. Aliud enim homini, aliud humanitati satis esse censebant.

θύσης, [1] βλασφημῆσαι· καὶ εὐχομένων καὶ σπενδόντων ἐκβαλεῖν τὸ ποτήριον, καὶ γελάσαι ὡς τερατῶδές τι πεποιηκώς. καὶ αὐλήσεως δὲ γενομένης ταῖς χερσὶ μόνος τῶν ἄλλων, καὶ συντερπίζειν· καὶ ὀπτιμᾶν τῇ αὐλητρίδι μὴ ταχὺ παυσαμένῃ· καὶ ἀποπτύσαι δὲ βλέπων ὑφ' ἃ τραπέζης, προσπτύσαι τῷ οἰνοχόῳ.

ΚΕΦ. κ'.

ΠΕΡΙ ΑΗΔΙΑΣ.

Ἔστι δὲ [2] ἀηδία, ὡς ὅρῳ προβαλεῖν, ἔντευξις λύπης ποιητικὴ ἄνευ βλάβης. ὁ δὲ ἀηδής,

habet: Sæpe etiam, dum vota libationesque fiunt, pateram sibi è manibus elabi sinit, & simul risum tollit, quasi aliquid fecerit portentosum. Tibicines si audiat, unus inter omnes manibus plaudere, atque eorum etiam modulos inepta imitatione effingere; dein tibicinam, quod cito finem non fecerit, increpare: & dum ultra mensam vult exspuere, eum, qui pocula in convivio ministrat, conspuit.

CAP. XX.

DE INSUAVITATE, *Sive* Tædio.

TÆdium, si definire velis, est *molestus absque damno congressus*. Homo tædiosus est, qui

---

1 Favere linguis olim in re sacra, vel maxima religionis pars erat. Favebant autem linguis, duobus modis; vel silentes; vel, si loquerentur, male ominatis verbis parcentes.

2 *Plato & Demosthenes* sæpe δυσχέρειαν & ἀηδίαν pro eòdem usurpant. Sed in *Theophraste*, δυσχέρεια illuviem, & incuriam corporis respicit; ἀηδία immunditiem sermonis, colloquiique.

τοιοῦτός τις, οἷος ἐγείρειν ἄρτι καθεύδοντα, εἰσελθὼν, ἵνα αὐτῷ λαλῇ· καὶ ἀνάγεσθαι δὴ [1] μέλλοντας κωλύειν, καὶ προσελθὼν, δεῖσθαι ἐπισχεῖν ἕως ἂν περιπατήσῃ. καὶ τὸ παιδίον τῆς τίτθης ἀφελόμενος, μασσώμενος σιτίζειν αὐτὸς, καὶ ὑποκορίζεσθαι ποππύζων. καὶ ἐσθίων ἅμα διηγεῖσθαι ὡς ἐλλέβορον πιὼν, ἄνω καὶ κάτω καθαρθείη, καὶ ζωμοῦ [2] τοῦ παρακειμένου ἐν τοῖς ὑποχωρήμασιν αὐτῷ μελαντέρα ἡ χολή. καὶ ἐρωτῆσαι δὲ δεινὸς ἐναντίον τῶν οἰκείων, ποίᾳ ἡμέρᾳ μὲ ἔτικτες; καὶ ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἐστὶ παρ' αὐτῷ λακκαῖον· καὶ ὡς κῆπος λάχανα πολλὰ ἔχων καὶ ἁπαλὰ· καὶ ὅτι ἡ οἰκία

vix incipientem dormire excitet, ingressus, ut cum eo colloquatur: & qui ad eum accedens qui inibi est, ut navim solvat, moram ei afferat, & expectare jubeat, donec aliquot secum spatia confecerit. Infantem etiam puerum nutrici suæ adimens, ipse mansum ei cibum in os inseret, & blandulè compellans, poppysmis permulcebit. Inter edendum narrat se helleboro accepto, quæ in visceribus hærerent, ejecisse dejecisseque: tum addit, in effusis bilem fuisse jure apposito magis atram. A matre præsentibus amicis & familiaribus quærere amat, Ecqua me die, mater, peperisti? Aquam ait sibi esse in cisterna frigidam: olera in horto multa & tenera: domum suam hospitibus ita patere, quasi esset publicum diversorium: & quum peregrinos hospitio

---

1 Tunc scilicet unà cum illis e portu soluturus.

2 Est τοῦ pro τινός. Intelligit jus nigrum, quod ἔδεσμα λακωνικὸν a Grammaticis dicitur, quia plurimus ejus usus Lacedæmone; eratque hoc in eorum phiditiis cœnæ caput, ut ait etiam *Cicero* v. *Tusc. Quæst.* c. 34. *Casaub.*

αὐτοῦ, πανδοχεῖόν ἐστι. καὶ ξενίζων δὲ δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτοῦ ποῖός τις· καὶ παρακαλῶν δὲ ἐπὶ τοῦ [1] ποτηρίου, ὅτι τέρψον τοὺς παρόντας.

ΚΕΦ. κά.

ΠΕΡΙ ΜΙΚΡΟΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ.

Ἡ δὲ μικροφιλοτιμία δόξειεν εἶναι ὄρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος. ὁ δὲ μικροφιλότιμος, τοιοῦτός τις, οἷος σπουδάσαι, ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς, παρ' αὐτὸν τὸν καλέσαντα κατακείμενος δειπνῆσαι. καὶ τὸν υἱὸν [2] ἀποκεῖραι ἀπαγαγὼν εἰς Δελφούς· καὶ ἐπιμεληθῆναι δὲ ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔσται· καὶ ἀποδοὺς

excipit, parasitum suum producit, ut videant illi qualis sit: atque in convivio ad ipsum conversus, *Heus tu, parasite*, inquit, *ut iis qui hic adsunt sis oblectamento.*

CAP. XXI.

De Sordida & frivola laudis Cupidine.

Μικροφιλοτιμία, quam possis Latine dicere ineptam ac circa res parvas versantem ambitionem: *ea est honorum ac gloriæ cupido illiberalis.* Homo vero inepte ambitiosus is est, qui ad cœnam vocatus, convivatori ipsi studeat assidere: qui filium Delphos abducat, ubi comam ponat: qui operam det ut pedissequum habeat genere Æthiopem: qui etiam,

---

1 Subauditur μάλιστα, ut sensus sit, *Heus tu parasite, iis qui hic adsunt quam maximè poteris oblectamento sis.* ὡς μάλιστα & ὅτι μάλιστα *quam maxime*, notissimæ phrases.

2 Et Græci & Romani comam suam ad pubertatis annos alebant Deo alicui consecratam, quam, ubi tonderentur, in ejus Dei templo ponebant. *Casaub.*

μναν ἀργυρίου, [1] καινὸν ποιῆσαι ἀποδοῦναι. καὶ βοῦν θύσας, τὸ πρόσωπον ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου προσαπαλεύσαι, στέμμασι μεγάλοις περιδήσας, ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν ὅτι βοῦν ἔθυσε. καὶ πομπεύσας δὲ μετὰ τῶν ἱππέων, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀποδοῦναι τῷ παιδὶ ἀπενεγκεῖν οἴκαδε, ἀναβαλλόμενος δὲ ἱμάτιον εἰς τὴν ἀγορὰν περιπατεῖν. καὶ κυνὸς δὲ τελευτήσαντος, αὐτῷ μνῆμα ποιῆσαι, καὶ στηλίδιον ποήσας, ἐπιγράψαι, [2] ΚΛΑΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΣ. καὶ ἀναθεὶς δακτύλιον χαλκοῦν τῷ Ἀσκληπιῷ, τοῦτον ἐκτείνειν στεφανῶν· καὶ ἀλείφεσθαι ὀσημέραι. ἀμέλει

si minam argenti velit solvere, laboret ut reddat in aspero. Et si bovem sacrificârit, solet anteriorem capitis ejus partem magnis redimitam sertis pro foribus in ipso introitu figere: ut intelligant quicunque ingredientur, esse ab ipso bovem mactatum. Atque ubi pompam cum aliis equitibus duxit, reliquis omnibus puero traditis, qui ea domum referat, ipse trabeatus in forum pergit, & ibi deambulat. Quumque illi parvulus aliquis canis fuerit mortuus, monumentum ei faciet, ascriptis etiam in columella his verbis, SURCULUS MELITENSIS. Jam cum æreum annulum Æsculapio consecrârit, appensis subinde novis coronis totum atteret: atque adeo

---

1 Καινὸν intelligo nummum recens percussum & novum; tales enim nummi veteribus & usu tritis ac sordidis præferuntur. Hi sunt quos vocant *Seneca* & *Suetonius* nummos asperos.

2 Ab eadem origine soboles & propago apud Romanos tribuuntur animalibus; est igitur κλάδος Μελιταῖος, *surculus Melitensis*, hoc est, *catellus* sive *soboles parva canum minimorum*, quos veteres *Melitæos* vocabant; etsi parum constat ab utra *Melita* (duæ enim sunt insulæ eo nomine; altera in Africo mari; altera in Ionio Siculo mari) adveherentur.

δὲ καὶ σπουδοικῆσαθαι περὶ τὴν [1] πρυτανείων ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερά. καὶ παρεσκευασμένος λαμπρὸν ἱμάτιον, καὶ ἐστεφανωμένος, παρελθὼν εἰπεῖν, Ω ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἄξια καὶ καλά, καὶ ὑμεῖς δέχεσθε τὰ ἀγαθά. καὶ ταῦτα ἀπαγγείλας, ἀπιὼν διηγήσασθαι οἴκαδε τῇ ἑαυτοῦ γυναικί, ὡς καθ' ὑπερβολὴν [2] εὐημερεῖ.

ΚΕΦ. κβ'.

ΠΕΡΙ ΑΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ.

Ἡ δὲ ἀνελευθερία ἐστὶ περιουσία τις ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνῃ ἔχουσα. ὁ δὲ ἀνελεύθερος,

ipse quotidie unguentis oblinitur. Sane etiam, quæ pertinent ad curam magistratus, quos prytaneos vocant, ipse diligenter curare solet; quo possit, ubi litatum fuerit, rem populo renuntiare. Itaque candidatus & coronatus in concionem prodit, & infit, *Nos prytanei, ô Athenienses, Matri Deûm sacra rite fecimus & litavimus: vos igitur omnia fausta exspectate.* His ita renuntiatis, domum revertitur; deinde uxori narrat, sibi prospere supra modum res succedere.

CAP. XXII.

DE ILLIBERALITATE.

ILliberalitas est *nimius quidam, præ studio parcendi sumptibus, gloriæ contemptus.* Illiberalis autem

---

1 Prytanei erant senatores, primique magistratus magni cœtûs Athenienſium; quotannis fuerunt electi, & munere tandem defuncti quæ præstitissent populo indicabant.

2 Ferri quidem potest hæc lectio, sed malim ἠυημέρει tempore imperfecto; —— *sibi prospere supra modum res successisse*, in concione scilicet. *Needh.*

τοιοῦτός τις, οἷος νικήσας [1] τραγῳδοὺς, ταινίαν ἀναθεῖναι ξυλίνην τῷ Διονύσῳ, ἐπιγράψας αὐτοῦ τὸ ὄνομα· καὶ [2] ἐπιδόσεων γινομένων, ἐκ τοῦ δήμου ἀναστὰς, σιωπᾷν, ἢ ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθεῖν. καὶ ἐκδιδοὺς αὐτοῦ θυγατέρα, τοῦ μὲν ἱερείου, πλὴν τῶν [3] ἱερείων, τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι· τοὺς δὲ [4] διακονοῦντας ἐν τοῖς γάμοις, οἰκοσίτους μισθώσασθαι. καὶ τριηραρχῶν, τὰ τοῦ κυ-

is est, qui, si à tragico certamine victoriam reportârit, tæniam Libero patri ligneam consecret, in qua nomen ipsius sit inscriptum: qui etiam, cum necessario Reipublicæ tempore pecuniæ à civibus extra ordinem conferuntur, in concione surgens, silentio utatur, aut è medio se proripiat. Filiam suam nuptum collocans, mactatæ victimæ carnes omnes, iis exceptis ex quibus fiunt sacra, vendit: & ad mini-

---

1 Tragœdia *Libero* patri fuit dicata, ut *Appollini* comœdia. Vid. *Casaub. de Satyrica Græcorum poesi.*

2 Difficilibus reipublicæ temporibus solebant Athenienses pro virili parte quisque publice pecunias erogare, ad sublevandam ærarii inopiam, quod ἐπιδόσεων proprie dicebant. Cum pecuniis opus erat, Prytanei populum convocabant; angustias reipublicæ exponebant; ad collationem quemque hortabantur. Tum surgebat unusquisque ordine suo & loco; ac si quidem vellet aliquid conferre, id profitebatur. Sin animus largiendi quicquam non esset, vel tacebant cum surrexerant, vel e concione clam se eripiebant, quod ex hoc loco clarum est. *Casaub.*

3 *Pro ἱερείων quid si legatur ἱερέων, ut repetatur κρέα,* inquit *Hen. Stephanus.* Viro huic doctissimo suffragatur *Auberius.* Ipse vero malim, ad vitandam orationis ambiguitatem, πλὴν τῶν ἱερέων, *exceptis quæ ad sacerdotem pertinent.* Notissima loquendi formula, qua genitivus singularis articulo plurali jungitur, ad significandam alicujus rei proprietatem & possessionem. *Needham.*

4 Mos fuit parcorum hominum cum nuptias celebrarunt, opera & ministerio uti adjutorum atque adjutricum (sic vocat *Plautus*) οἰκοσίτων, hoc est, *qui suo cibo ministrarent.*

βερνήτου [1] στρώματα ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ὑποστορέννυσθαι, τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέναι. καὶ ἐξ ἀγορᾶς δὲ ὀψωνήσας, τὰ κρέα αὐτὸς φέρειν καὶ τὰ λάχανα ἐν τῷ προκολπίῳ. καὶ ἔνδον μένειν ὅτ' ἂν ἐκδῷ θοιμάτιον ἐκπλῦναι. καὶ φίλου ἔρανον συλλέγοντος, προειδόμενος, ἀποκάμψας ἐκ τῆς ὁδοῦ, οἴκαδε πορευθῆναι. καὶ μὴ πρίασθαι θεραπαίνας, ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους. καὶ ἀναστὰς, τὴν οἰκίαν καλλῦναι, καὶ τὰς κλίνας ἐκκορῆσαι. καὶ [2] καθεζόμενος παραστρέψαι τὸ τρίβωνα ὃν αὐτὸς φορεῖ.

strandum in nuptiis, mercede conductos adhibet, qui suo quisque cibo vescantur. Triremi præfectus quam instruxit, gubernatoris stragulis tabulata sternet, suis interea uti parcens. E foro, postquam obsonatus est, rediens, carnes ipse gestat, atque olera etiam in sinu. Vestem quando à sordibus purgandam locavit, domi tantisper se continet. Quod si quis amicorum ejus fortuna usus adversa, eranum à suis familiaribus exigat, idque ipse sciat, deflectens ex itinere, domum tendit. Uxori ancillas emit ille quidem nullas; sed, quæ in publicum prodeuntem comitentur, conducit. Mane ubi surrexit, domum ipse mundare, lectosque purgare solet: & sedens, vile quod gestat pallium, invertere.

---

1 Trierarcho vero suus erat locus ad navis puppim, ubi illi tabernaculum extrui solitum. Ibi ergo trierarchi in suis stragulis quiescere moris habebant, at illiberalis iste & sordidus, promiscue cum reliquis, in transtris cubat, & gubernatoris utitur stragulis; quæ solent esse vilia, & ut plurimum segestria.

2 Non est in eo nota illiberalitatis quòd vestem invertit, sed quod tritam & macularum plenam vestem gestat, quam postea in cœtu honoratorum virorum (ita accipi debet illud καθεζόμενος) cogitur invertere, ut maculas ab oculis eorum submoveat quibus assidet. *Casaub.*

ΚΕΦ. κγ'.

ΠΕΡΙ ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΣ.

ΑΜέλει δὲ ἡ ἀλαζονεία δόξειεν εἶναι [1] προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων. ὁ δὲ ἀλαζὼν, τοιοῦτός τις, οἷος ἐν τῷ [2] Δείγματι ἑστηκὼς διηγεῖσθαι ξένοις ὡς [3] πολλὰ χρήματα αὐτῷ ἐστιν ἐν τῇ θαλάττῃ· καὶ περὶ τῆς ἐργασίας δανειστικῆς διεξιέναι, ἡλίκη, καὶ αὐτὸς ὅσα εἴληφε. καὶ συνοδοιπόρου ἀπολαύσας ἐν τῇ ὁδῷ, λέγειν ὡς μετ' Ἀλεξάνδρου ἐστρατεύσατο· καὶ ὅσα λιθοκόλλητα ποτήρια ἐκόμισε· καὶ περὶ τῶν

CAP. XXIII.

DE OSTENTATIONE.

OStentatio dici queat, *inanis bonorum quorundam, quæ non adsint, prædicatio.* Ostentator autem ejusmodi est, qui in Digmate Piræei stans, peregrinis narret multam se pecuniam trajectitiam habere: & de toto fœnebri quæstu longos sermones habeat, quantus ille sit explicans, & quæ lucra inde fecerit. Inter eundum viæ comitem nactus, se sub Alexandro in illa nobili expeditione meruisse narrabit: &

1 Hæc vox in significatione minus usitata ponitur, pro *excitatione expectationis*, ut recte notavit *Casaubonus*: *Auberius* existimat corruptam esse, & reponi debere προσποίησις vel προσποίημα ex *Aristotele*.

2 Digma appellabatur locus in Piræo è re nomen habens. Ibi enim peregrini mercatores suarum mercium δείγμα & specimen producebant; itaque peregrinis hominibus iste locus ferè refertus fuit.

3 Pertinet hoc ad nauticum fœnus, quod a multis exercebatur Athenis. Nemo autem ignorat quam improbum & grave fuerit id fœnus, etiam legum concessu, vel Romanarum. *Casaub.*

τεχνιτῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι βελτίους εἰσὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἀμφισβητῆσαι. καὶ γράμματα εἰπεῖν ὡς πάρεστι παρ' Ἀντιπάτρου, [1] τρίτον δὴ λέγοντα παραγενέσθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν. καὶ [2] διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελοῦς, εἰπεῖν ὅτι ἀπείρηται, ὅπως μηδ' ὑφ' ἑνὸς συκοφαντηθῇ. καὶ ἐν τῇ [3] σιτοδείᾳ ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα γένοιτο αὐτῷ τὰ ἀναλώματα διδόντι τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν. καὶ ἀγνώστων δὲ παρα-

quam multa inde gemmata potoria reportarit: Asiaticos etiam artifices, Europæis esse præstantiores, dissentientibus aliis contendet. Deinde literas ab Antipatro esse allatas memorabit, quæ ipsum vix duobus comitatum in Macedoniam venisse dicant. Se, cum esset sibi materiæ concessa immunis exportatio, oblato beneficio uti noluisse, ut omnes omnium calumnias effugeret. Eundem se, in caritate annonæ amplius quinque talenta pauperibus civibus largientem insumsisse. Quòd si ignotis assideat, *eos*

---

1 Mihi fateor altera lectio magis arridet, quam *Auberius* ad oram libri notavit & *Casaubonus* testatur in quibusdam aliis codicibus reperiri; τρίταιον scilicet pro τρίτον, ita ut loci sensus sit, quem *Auberius* expressit,——*sibi redditas esse Antipatri literas, quibus scribit se jam tribus adhinc diebus pervenisse in Macedoniam.* Pulchriori longè sententia, ea quam *Casaubonus* ex vulgatis dedit. *Needham.*

2 Quarundam mercium exportatio Atheniensium legibus prohibebatur. Ita lege erat vetitum ex agro Atheniensi ficus & oleum exportare.

3 Non erat insolens Atheniensibus malum, frumenti inopia, ut historia docet, & oratores sæpe. Quomodo autem soliti essent ditiores in caritate annonæ pauperes sublevare disces ex *Demosthene contra Phormionem.* Primum genus hujus munificentiæ fuit benigna distributio in caritate annonæ ἐν Σιτοδείᾳ, aliud autem voluntaria fuit contributio εἰς ἐράνους, ad sublevandos pauperes amicos.

καθημμένων, κελεῦσαι θεῖναι τὰς ψήφους, καὶ ποσοῦν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίους, κατὰ μίαν· καὶ προστιθεὶς πιθανὰ ἑκάστοις τούτων ὀνόματα, ποιῆσαι δέκα τάλαντα· καὶ τοῦτο φῆσαι εἰσενηνοχέναι εἰς ἐράνους αὐτόν· καὶ τὰς τριηραρχίας εἰπεῖν ὅτι οὐ τίθησιν, οὐδὲ τὰς [1] λειτουργίας ὅσας λελειτούργηκε. καὶ προσελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους τοὺς ἀγαθοὺς πωλοῦσι, προσποιήσασθαι ὠνητιᾶν· καὶ ἐπὶ τὰς [2] κλίνας ἐλθὼν, ἱματισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα· καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι οὐκ ἔχων χρυσὸν

jubebit *ponere calculos, & illorum quibus aliquid erogaris, numerum inire:* qui ut sexcenti reperiantur, calculis sigillatim multiplicatis, probabilibus etiam cuique eorum nominibus additis, efficiet: adeo ut decem talentorum summa tandem colligatur: quam omnem summam, se inopibus sublevandis impendisse affirmabit: *& tamen taceo,* inquit, *instructas à me triremes, & alia, quibus Reipublicæ causa sum functus, munia sumptuosa.* Idem ad eos accedens, qui generosos equos vendunt, velle se emere simulat: & in nundinis ad tentoria eorum, qui merces vænum exponunt, appropinquans, vestem sibi ostendi jubet duûm talentorum. Puerum, quod se sine auro sequatur, graviter ob-

1 Ostendit his verbis se unum ex illis viris, qui ut omnium ditissimi reipublicæ pleraque omnia munia, ad quæ sumptibus opus esset, obibant.

2 Mercatibus & panegyribus solebant mercatores sub tentoriis suas merces venum expositas habere. Has officinas ut puto Latini *umbras* vocabant. *Casaub.*

N. B. Quinque postrema capita *Theophrasti* e Serenissimi Principis *Palatini* bibliotheca, quæ *Heidelbergæ* visitur, nactus est *Casaubonus.* Cui donavit *Marquardus Freherus* jurisconsultus, sed tam turpiter deformata, ut nullum caput ex his quinque non adeo mendis inquinatum, ut auctoris mentem assequi perquam difficile est, & prope impossibile.

νῦν τῷ ἀκολουθεῖν. καὶ ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν οἰκῶν, φῆσαι ταύτην εἶναι τὴν πατρῴαν, πρὸς τὴν μὴ εἰδότα· καὶ ὅτι μέλλει πωλεῖν αὐτὴν διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας.

ΚΕΦ. κδ'.

ΠΕΡΙ ΥΠΕΡΗΦΑΝΙΑΣ.

Ἐστὶ δὲ ὑπερηφανία καταφρόνησίς τις, πλὴν αὐτοῦ, τῶν ἄλλων. ὁ δὲ ὑπερήφανος τοιός δέ τις, οἷος τῷ σπεύδοντι, [1] ἀπὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι φάσκειν ἐν τῷ περιπατεῖν. καὶ εὖ ποιήσας, μεμνῆσθαι φάσκειν ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ βιάζειν. καὶ προσελθεῖν πρότερος οὐδενὶ θελῆσαι. καὶ τοὺς πωλοῦντάς τι καὶ

jurgat. Denique in conducto habitans, si cum aliquo sermonem habeat, qui id ignoret, *paternas esse has ædes*, dicet: *quas ipse, quod sint ad hospites excipiendos angustiores, vendere cogitet.*

CAP. XXIV.

DE SUPERBIA.

SUperbia est, *aliorum omnium, præterquam sui, contemptus.* Homo superbus talis est. Si quis eum properè *conventum velit*, à cœna se illum conventurum dicet inter ambulandum. Si fuerit de quoquam bene meritus, meminisse *beneficii* etiam in viis jubebit, atque adeo coget. Prior ad quemquam accedere nolet. Vendentes vel aliquid rerum illius

1 Dum cœnat vel cœnaturus est, dicit properanti, se cum eo locuturum post cœnam. Ipsa sententia & futurum ἐντεύξεσθαι, hic commodè supplent, quæ desunt.

μεμισθωμένους δεινὸς κελεῦσαι ἥκειν πρὸς αὐτὸν ἅμ' ἡμέρᾳ. καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς πορευόμενος μὴ λαλεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι, κάτω κεκυφώς. ὅτ' ἂν δὲ αὐτῷ δόξῃ ἑστιᾶν τοὺς φίλους, αὐτὸς μὴ συνδειπνεῖν, ἀλλὰ τῶν ὑφ' αὑτόν τινι συντάξαι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. καὶ προαποστέλλειν δὲ ἐπὰν πορεύηται τὸν ἐροῦντα ὅτι ἔρχεται. καὶ οὔτε ἐπ' ἀλειφόμενον αὐτὸν οὔτε ἐσθίοντα ἐᾶσαι ἂν εἰσελθεῖν. ἀμέλει δὲ καὶ λογιζόμενος πρός τινα, τῷ παιδὶ συντάξαι τὰς [1] ψήφους διωθεῖν· καὶ [2] κεφάλαιον ποιήσαντι, γράψαι αὐτῷ εἰς λόγον. καὶ

conducentes jubere non veretur, ut prima luce ad se veniant. Dum per vias ingreditur, caput semper demittens, obviorum neminem alloquitur. Si visum aliquando ei fuerit, amicos convivio excipere, ipse cum illis non cœnat, sed eorum alicui quos habet in potestate, ut convivarum curam habeat, præcipit. Cum aliquem visit, præmittit qui dicat, Ille venit. Quando vel aliptæ dat operam, vel cibum sumit, neminem ad se sinit introire. Quinetiam, si cum aliquo rationes purget, puero imperat, ut calculos trajiciat: & ubi summam fecerit, ut alteri ferat ex-

1 More suo *Theophrastus* ipsum loquendi genus retinuit quo uti soliti homines superbi. Ψήφους διωθεῖν proprie est sortes, quarum in judiciis erat Athenis usus, trajicere per κήθιον, id erat urnæ operculum. Hic autem Ψήφους διωθεῖν positum est pro *calculis summatim rationes putare*. Elegans translatio, & moribus superbi hominis convenientissima. Adeo enim indignum se judicat ad calculos sedere, ut ne famulum quidem suum eos tractare velit, nisi negligenter & raptim. *Casaub.*

2 Puerum suum jubet imperiosus Manlius in rationes referre summam, quæ nascetur ex ipsius computo; alterius, quî cum rationes putat, nullam habet rationem; si quid forte ille, ut ferè fit, quod opponat, habet. Sic hæc verba debent accipi. *Casaub.*

μὴν ἐπιστέλλων μὴ γράψαι, ὅτι χαρίζοιο ἄν μοι, ἀλλ', ὅτι βούλομαι γενέσθαι· καὶ, ἀπέστειλα πρός σε ληψόμενος· καὶ, ὅπως ἄλλως μὴ ἔσται· καὶ, τὴν ταχίστην.

ΚΕΦ. κε'.

ΠΕΡΙ ΔΕΙΛΙΑΣ.

Ἀμέλει δὲ ἡ δειλία δόξειεν ἂν εἶναι ὕπειξις τῆς ψυχῆς ἔμφοβος· ὁ δὲ δειλὸς, τοιοῦτός τις, οἷος πλέων, τὰς ἄκρας φάσκειν ἡμιολίας εἶναι· καὶ ἐκλυδωνίου γενομένου, ἐρωτᾶν εἴ τις μὴ μεμύηται τῶν πλεόντων· καὶ τοῦ κυβερνήτου ἀνακόπτοντος αἰσθάν-

pensum. In epistolis nunquam sic scripserit, *Feceris mihi rem gratam*: Sed, *Hoc fieri volo*; &, *Misi ad te, qui sumeret*; Item, *Ne aliter fiat*, vide: &, *quam primum*.

CAP. XXV.

DE TIMIDITATE.

ENimvero timiditas videri queat, *dejectio animi meticulosa*. Homo timidus ejusmodi est: navigans, dicet promontoria esse hemiolias naves. Ad minimam fluctuum agitationem, quæret, sintne qui navigant omnes initiati. Gubernatorem navem in-

---

1 Semper enim vectores, adversa tempestate timidi ac perterriti, causam procellæ soliti ascribere impietati alicujus eorum qui in navi. Exemplum nobile in *Jona*, & item alterum in *Diagora*. Propterea qui erant numinis reverentiores, haud temerè cum viris notæ impietatis navigabant. *Hor.* Lib. 3. Od. 2.

——Vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgârit arcanæ, sub iisdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat phaselon.

εσθαι [1] εἰ μεσοπορεῖ· καὶ, τί δοκεῖ αὐτῷ τὰ τοῦ [2] Θεοῦ; καὶ πρὸς τὸν παρακαθήμενον λέγειν, ὅτι φοβεῖται ἀπὸ ἐνυπνίου τινός· καὶ ἐκδὺς διδόναι τῷ παιδὶ τὸ [3] χιτωνίσκον· καὶ δεῖσθαι πρὸς τὴν γῆν προσάγειν αὐτόν. καὶ στρατευόμενος δὲ προσκαλεῖν πάντας πρὸς αὐτὸν, καὶ στάντας πρῶτον περιϊδεῖν, καὶ λέγειν ὡς ἔργον δυσχωρῶναί ἐστι πότερόν εἰσιν οἱ πολέμιοι. καὶ ἀκούων κραυγῆς, ὁρῶν πίπτοντας, εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρεστηκότας, ὅτι τὴν σπάθην λαβεῖν ὑπὸ τῆς σπουδῆς ἐπελάθετο· καὶ τρέχειν ὑπὸ τὴν σκηνὴν, τὸν παῖδα ἐκπέμψας, κελεύειν προσκοπεῖσθαι ποῦ εἰσιν οἱ

hibentem interrogat, *an medium cursum teneat navis: &, quid â Deo speret aut metuat?* Se ex insomnio terreri, narrat assidenti: indusium deinde exuit, & puero tradit. *Et nautas,* ut se ad terram admoveant, orat. Militiæ vero solet idem omnes ad se *commilitones* vocare: & ubi stantes diligenter respexit, *Difficile,* inquit, *est cognitu, sintne hostes, an non.* Clamore audito, & visis qui caderent, astantibus dicit, se præ festinatione oblitum esse spatham sumere: & postquam in tentorium curriculo se recepit, puerum inde mittit, jussum ubi sint hostes, diligenter speculari. Interea *spatham* sub pulvino abscondit: deinde in ea quærenda longum tempus

---

1 *An navis sit in medio mari*; ut ad littus enatare nequeat scilicet, si periculum urgeat; Elegans hoc, & festivum.

2 Homo meticulosus τὰ τοῦ θεοῦ superstitiosè vocat *mare*, ut sic ipsum *Neptunum* sibi faventiorem reddat; sæpe timor facit δεισιδαιμόνας ipsos impiissimos.

3 Vestem exuit etiam interiorem, ut ad natandum sit paratior, si frangatur navis; Χιτωνίσκος modo interiorem tunicam significat. *Casaub.*

πολέμιοι. καὶ ἀποκρύψας αὐτὴν ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, εἶτα διατρίβειν πολὺν χρόνον. καὶ ἐν τῇ σκηνῇ ὁρῶν τραυματίαν προσφερόμενον τῶν φίλων, προσδραμεῖν, καὶ θαῤῥεῖν κελεύειν, καὶ τοῦτον θεραπεύειν, καὶ περισπογγίζειν, καὶ μυίας σοβεῖν, καὶ πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις. καὶ τοῦ σαλπιστοῦ δὲ πολεμικὸν σημήναντος, καθήμενος ἐν σκηνῇ, ἅπαγ' ἐς κόρακας, οὐκ ἐάσεις τὸν ἄνθρωπον ὕπνου λαβεῖν πυκνὰ σημαίνων. καὶ αἵματος δὲ ἀνάπλεως ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου τραύματος, ἐντυγχάνειν τοῖς ἐκ τῆς μάχης ἐπανιοῦσι, καὶ διηγεῖσθαι ὡς κινδυνεύσας σέσωκε τῶν φίλων· [1] καὶ εἰσάγειν πρὸς τὸν κατακείμενον σκεψόμενος τοὺς φυλέτας, τὸν δῆμον·

terit. Tum si vulneratum aliquem in castra ab amicis deferri videat, accurrit, & habere bonum animum jubet: hunc curat, & saniem spongia effingit, nec non muscas abigit; quidvis denique potius facit, quam ut cum hostibus pugnet. Æneatore classicum canente, sedens ipse in tentorio, *Abi*, inquit, *in malam rem, hunc hominem somnum capere non sinis; qui adeo frequenter signum des.* Amat etiam, sanguinis de alieno vulnere plenus, ad reversos è pugna accedere, narrans, se cum suo periculo unum ex amicis servasse: ad jacentem etiam tribules & populares introducit, qui eum visant: simul horum

---

1 Ita verte, *Atque eos* (intelligit quoscunque obvios de pugna redeuntes) *ad jacentem introducit, inquisiturus quinam sint illius tribules, quis populus*, aut *pagus*. Notum quid δῆμος Atheniensibus fuit. *Casaub.*

ἢ τούτων ἅμα ἑκάστῳ διηγεῖται ὡς αὐτὸς αὐτὸν ταῖς αὑτοῦ χερσὶν ὑπὸ σκηνὴν ἐκόμισεν.

ΚΕΦ. κϛ'.

ΠΕΡΙ ΟΛΙΓΑΡΧΙΑΣ.

ΔΟξειεν ἂν εἶναι ἡ ὀλιγαρχία, [1] φιλαρχία τις ἰσχυρῶς κέρδους γλιχομένους. ὁ δὲ ὀλιγαρχικὸς, τοιοῦτος, [2] οἷος τοῦ δήμου βουλομένου τινὰς τῷ ἄρχοντι θεμελιοῦσθαι πομπῆς παρελθὼν ἀποφαίνας ἔχει. καὶ τοῦ Ὁμήρου ἑπτὰ τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν, ὅτι

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

singulis narrat, se illum suis ipsius manibus in tentorium portasse.

CAP. XXVI.

DE OLIGARCHIA, *Sive* Moribus Optimatum.

VIderi possit Oligarchia, *vehemens esse honorum cupiditas absque ullo lucri studio.* Oligarchi, sive optimatis, hi sunt mores: Deliberante populo ecquis magistratui in curatione pompæ sit comes adjiciendus, prodit ipse, & eo se honore dignum pronuntiat. *Homeri* versuum tenet solum hunc unum,

Non multos regnare bonum est, rex unicus esto:

---

1 Nec sensus, nec syntaxis, ex depravatâ hâc ἀξειοχῇ exculpi potest; legendum igitur cum *Casaubono*, φιλαρχία τις ἰσχυρῶς κέρδους οὐ γλιχομένου, ut in versione expressit, vel οὐ γλιχομένου, ut referatur ad personam optimatis; *vehemens honorum cupiditas in eo qui nullo studio lucri teneatur.* Utrovis autem modo legamus, optimè constabit sensus. *Needh.*

2 Τοῦ δήμου βουλευομένου τινας (δεῖ αἰτίας) τῷ ἄρχοντι συμπεμπομένους πομπῆς, παρελθὼν, ἀποφαίνει ἑαυτόν. *Casaub.*

τῶν δὲ ἄλλων μηδὲν ὀπίσαθαι. ἀμέλει δὲ δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων χρήσαθαι, ὅτι δεῖ ἡμᾶς συνελθόντας, βυλεύσαθαι, καὶ ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῆ ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι, καὶ παύσαθαι ἀρχαῖς πλησιάζειν. καὶ ἔπι τοῦτο τινῶν ὑβριζόμενος εἰπεῖν, ὅ δεῖ αὐτὸς καὶ μὲ τὴ πόλιν οἰκεῖν. καὶ μέσον δὲ τῆ ἡμέρας ἐξιὼν, καὶ μέσαις χερσὶν κεκαρμένος, καὶ ἀκριβῶς ἀπωνυχισμένος, σοβεῖν τὺς τοιούτους λόγους, ὃν οἰκητέον ἐστὶ τὴν πόλιν· καὶ ὡς ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεινὰ [1] πάσχειεν ὑπὸ τῶν δικαζομένων· καὶ ὡς αἰσχύνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅτ' ἄν τις καθεσθῆται αὐτῷ λεπτὸς καὶ αὐχμῶν· καὶ ὡς μισητὸν τὸ τῶν δημαγωγῶν γένος· [2] τὴ Θησέα πρῶτον φήσας τῶν κακῶν τῆ

Aliorum omnium nihil ſcit. Solet quoque hoc genus ſermonibus uti: *Oportet in unum coacti deliberemus, & turba hac forenſi nos liberemus, aditumque illi ad magiſtratus præcludamus.* Si qui illum injuria affecerint, *Non poſſumus*, inquit, *ego & illi hanc urbem incolere.* Meridie prodit in publicum tonſuræ medio genere detonſus, unguibuſque cum cura præciſis, jactans ſe *per forum*, aitque, Non eſt habitandum in hac urbe: &, ſibi in judiciis plurimum à litigantibus negotii faceſſi: item, pudore ſibi frontem ſuffundi, quotieſcunque ipſi in concione aliquis aſſideat male habitus, & ſqualliduſ: &, univerſum oratorum genus qui in republica verſantur odio dignum eſſe: ipſum Theſeum omnium primum auctorem horum malorum civitati extitiſſe: necnon

1 Legendum πάσχει, aut πάσχοι ἄν.

2 Emphatica locutio; τῶν κακῶν ſubſtantivum eſt, cui adhæ-

πόλει γεγονέναι· καὶ τοιαῦτα ἕτερα πρὸς τοὺς ξένους, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοτέχνους.

ΚΕΦ. κζ'.

ΠΕΡΙ ΟΨΙΜΑΘΙΑΣ.

Ἡ δὲ ὀψιμαθία φιλοπονία δόξειεν ἂν εἶναι ὑστέρᾳ τῇ ἡλικίᾳ. ὁ δὲ ὀψιμαθὴς, τοιοῦτός τις, οἷος ῥήσεις μανθάνειν ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς· ταύτας ᾄδων πρὸς πότον ἐπιλανθάνεται. καὶ πρὸς τοὺς υἱοῦ μανθάνειν ὅπη τὸ δόρυ καὶ ὅπη ἀσπίδα. καὶ εἰς ἀγρὸν, ἐφ' ἵππου ἀλλοτρίου ὀχούμενος, ἅμα μελετᾶν[1] ἱππάζεσθαι, καὶ πεσὼν τὴν κεφαλὴν κατεαγέναι.

alios ſimiles his ſermones apud hoſpites habet, civiumque illos qui eandem ſectam ſequuntur.

CAP. XXVII.

DE INSOLENTIA, *Sive*, Sera Inſtitutione.

INſolentia eſt *deſiderium capiendi cultus melioris vergente jam ætate*. Ejuſmodi homini hæc conveniunt. Annos ſexaginta natus poëtarum verſus memoriæ mandat: hos ad pocula canere incipiens, obliviſcitur. Diſcit à filio quomodo fiat *in acie* converſio ad dextra, quomodo item ad ſiniſtra. Dum rus pergit, alieno equo vehens, ſimul *obvios* ſalutare mediatur, cadens vero caput deturpat.

---

ret πρῶτον eâdem indole; *Theſeum* malorum omnium malum primum fuiſſe civitati. Malum illud cujus auctor primus fuiſſe dicitur *Theſeus*, eſt æqualitas inter cives, quam primus ille Athenis invexit & ſanxit.

1 Optimam hanc emendationem, à vulgato quam minimum

καὶ μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν· καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον διατοξεύεσθαι, καὶ διακοντίζεσθαι· καὶ ἅμα μανθάνειν παρ' αὐτοῦ, ὡς ἂν καὶ ἐκείνου μὴ ἐπισταμένου. [1] καὶ παλαίων ἐν τῷ βαλανείῳ πυκνὰ τὴν ἕδραν στρέφειν.

ΚΕΦ. κή.

ΠΕΡΙ ΚΑΚΟΛΟΓΙΑΣ.

ΕΣτὶ δὲ κακολογία ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις. ὁ δὲ κακολόγος, τοῖοσδέ τίς

Solet etiam ad ſtatuam ludens *ſe exercere*: & cum pediſſequo arcu & jaculis certare: ac ſimul diſcere ab alio, & eundem docere velle, ac ſi eſſet is quoque *artis* imperitus. Idem luctans & in balneo *lavans*, nateis ſubinde agitat indecenter.

CAP. XXVIII.

DE MALEDICENTIA.

MAledicentia eſt *animi in deteriorem partem inclinatio inter loquendum*. Maledicus ita eſt mo-

---

recedentem, in textum recipere non dubitavi, auctore clariſſimo *Joanne Clerico*, *Artis Criticæ*, P. III. S I. C. 8. 10. hiſce verbis; Εἰς ἀγρὸν—&c. vertit *Caſaubonus*, *Dum rus pergit*,—&c. Quænam eſt illa ſalutandi meditatio, & quidem ex equo? An aliis verbis ſalutabant equitantes, aliis pedibus incedentes? Non, opinor. Sed fortè qui equo inſidebant, ut conjectat *Caſaubonus*, certos geſtus habebant, quibus utebantur in ſalutandis obviis. At nunc quidem hoc fit, quia inflexo corpore ſalutamus, & detracto capitis integumento; verum olim nihil ſimile, cum verbis tantum ſalutarent, ut χαῖρε Θεόφραστε. Legendum eſt ἱππάζεσθαι, & μελετᾷν ἱππάζεσθαι eſt *ſe exercere equitando*, ut faciunt, qui eam artem diſcunt, dum in varias partes equum convertunt, calcaribuſque & frœno adigunt, ut variis modis ſubſiliat, tum etiam ut concitatius currat. Sic, apud *Zenophontem*, τὴν ἱππικὴν μελετῶντες, *in arte equitandi ſe exercentes*. *Needh.*

1 Conſulas, ſi lubet, *Joannis Clerici Artem Criticam*, v. 2. p. 62. ubi legit καὶ ὥσπερ παλαίων.

ὅστις, οἵτ' ἐρωτηθεὶς, [1] ὁ δεῖνα τί ἐστι; καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες, θεῶν τινα ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἄρξασθαι· ὁ μὲν πατὴρ Σωσίας ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο· ἐγένετο δ' ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος· ἐπειδὴ δ' ἐς τοὺς δημότας ἐνεγράφη. ἡ μὲν τοι μήτηρ [2] εὐγενὴς Θρῇττα ἐστί· τὰς δὲ τοιαύτας, ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασίν. αὐτὸς δὲ οὗτος, ὡς ἐκ τούτων γεγονὼς, κακοῦ μαστιγίας. καὶ τούτοις διεξιὼν, αὗται αἱ γυναῖκες ἐκ τοῦ ὁδοῦ τοὺς παριόντας ἁρπάζουσι. καὶ κακῶς λεγόντων ἑτέραν συνεπιλαμβάνεσθαι καὶ αὐτὸς, λέγων,

ratus. Si interrogetur ille quis est? Non secus atque ii qui stemma aliquod enarrant, ab auctore generis primo ordietur: *Pater hujus*, inquiens, *primum vocabatur Sosias: dum inter milites versatur, dici cœpit Sosistratus: deinde unus è populo inter ascriptitios est factus. Mater quidem, nobilis Thressa est: nam id genus mulieres aiunt domi esse nobiles. Iste autem, ut talibus parentibus natus, nequam est verbero.* Pergit deinde, & inquit, *Hæ sunt mulieres quæ prætereuntes de via rapiunt.* Aliis etiam de absente detrahenti-

---

1 Malim cum doctissimo interprete, τίς ἐστι; ut quæstio referatur ad natales, non ad vitæ genus. *Needh.*

2 *Needhamus* conjecit ita legendum esse hunc locum, ἡ μὲν τοι μήτηρ ΕΥΓΕΝΙΣ Θρῇττα ἐστί· Αἱ δὲ τοιαῦται ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασίν. i. e. *Mater quidem Eugenis Thressa est; mulieres autem id genus aiunt se domi esse nobiles*; quod etiam hodiè servis aliisque peregrè huc advectis solemne est. Sensus igitur est, Pater hujusce homuncionis, inquit maledicus, primum vocabatur *Sosias*, quod servi nomen est; deinde militiæ *Sosistratus*, nobiliori paulo appellatione, dici cæpit. Mater autem erat *Eugenis*, natione *Thressa*, ideoque conditione serva; quæ tamen Athenis non dubitaverit jactare se in patria suâ nobilem esse, prout istiusmodi mulieres moris habent. Sic etiam vertitur hic locus à *Galleo*.

καὶ ἐγὼ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον πάντων μεμίσηκα· καὶ γὰρ εἰδεχθής τις ἀπὸ τοῦ προσώπου ἐστίν· ἡ δὲ πονηρία οὐδὲν ὅμοιον. σημεῖον δὲ, τῇ γὰρ ἑαυτοῦ γυναικὶ τρεῖς χαλκοῦς εἰς ὄψον δίδωσι· καὶ τῷ ψυχρῷ λούεσθαι ἀναγκάζει τοῦ [1] Ποσειδῶνος ἡμέρᾳ. καὶ συγκαθήμενος δεινὸς περὶ τοῦ ἀναστάντος εἰπεῖν· καὶ ἄλλα πλεῖστα περὶ τῶν φίλων καὶ οἰκείων κακὰ εἰπεῖν· καὶ περὶ τῶν [2] τετελευτηκότων κακῶς λέγειν.

bus, Idem facit ipse quoque, & ait, *Ego etiam hunc hominem omnium odi maxime: Etenim si faciem spectes, turpis est quem merito oderis: si improbitatem, nihil ei simile. Scias ita esse, cum uxori tres æris nummulos in opsonium dare soleat: &, ut Posideone mense frigida lavet, cogere.* Moris etiam habet, sedens inter plures, surgere ut aliquem accuset; plurimaque alia de amicis & familiaribus suis male loqui: & de ipsis etiam mortuis detrahere.

---

1 De mense accipiendum est; nam Posideon ultimus fuit mensis autumnalis in anno Attico; Decembri & Januario nostro respondens.

2 Hoc quidem non solum in bonos mores committere est; verum etiam in jus scriptum & leges Atheniensium. Fuit enim lex *Solonis Mortuo non maledicendum. Casaub.*

N. B. *Casaubonus* hîc in fine; *Sequebantur in libris Palatinis tituli duo, sed tituli tantum, Ita;*

Περὶ Φιλοπονηρίας.
Περὶ Αἰσχροκερδίας.

BRITISH MUSEUM

FINIS.